
HERCVLANENSIVM
VOLVMINVM
QVAE SVPERSVNT
TOMI V.
PARS ALTERA.



Cas. del. Aus. inc.

NEAPOLI MDCCCXLIII.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI

PIO FELICI AUGUSTO.

ALTERA haec Tomi V Herculanensium Voluminum pars, quam Tuo Augusto Nomini dicatam, Ferdinande Rex munificentissime, Tibi nunc sistimus, LXXXVIII complectitur Fragmenta papyri Philodemi περι παρρησιας, *seu* de mores corrigendi libertate, *cujus XXIV fere integras Columnas paucis ante annis in Parte priori edidimus. In hisce vero Fragmentis duo praeter alia maxime ani-*

madvertenda occurrunt; unum scilicet quod non paucas exhibent dictiones, quae in vulgatis ad hanc usque diem Lexicis minime extant, ideoque uni Philodemo debentur: alterum porro, quod in iis satis eminet Auctoris animus ad virtutem comparatus, atque a libidinum intemperantia abhorrens. Quocirca haud dubitamus, quin isthaec Epicurei Philosophi Fragmenta collegae nostri Antonii Octaviani opera illustrata, quae, Te auspice, in lucem nunc prodeunt, apud viros litteratos tum nostrates, tum exteros magno in pretio sint futura. Te, Ferdinande Rex, bonarum artium, ac disciplinarum omnium patronum et vindicem, cum Tua optima Conjuge, totaque Augusta Familia Deus fortunet, ac diutissime incolumem servet.

Ex R. Museo Borbonico XIII Kal. Martias
A. R. S. MDCCCXLIII.

Devoti Numini Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.

ERUDITO LECTORI.

I. En tibi, erudite Lector, Fragmenta papyri Philodemi περὶ παρρησίας, seu *de libertate mores corrigendi*, cujus XXIV. fere integras Columnas paucis ante annis in priori hujus V. Tomi parte edidimus. Ea sane, quae tam multa sunt, ut bene justo volumini conficiendo sola suffecerint, non pauca litteratis viris animadversione digna exhibere possunt. Verum duo prae aliis omnibus magis notanda videntur; unum scilicet, quod plures voces in ipsis reperies, quarum nullum vestigium omnino in vulgatis ad hanc diem Lexicis apparet, quasque idcirco in adnotationibus indicare haud omittimus (*): alterum vero, quod in iisdem Fragmentis se rigidum honestatis morum, ac temperantiae magistrum haud obscure prodit Philodemus. Et quidem Fragm. XLIII docet adolescentes viris bene animo, et vita constitutis instituendos tradi oportere; eosque carpit discipulos, qui ideo de pravorum praeceptoris morum imitatione se excusare conantur, quod ab ipso diligantur, ac benevole tractentur. Tum Fragm. XLIV. addit, adolescentium institutioni praeceptorem non modo optimis praeditum moribus, sed benevolum quoque, et vitiosas animi affectiones curare scientem destinandum esse, ut ab optimo ii pulcherrima reportare studeant. Ad haec Fragm. XLV. suae disciplinae philosophos commendans, illos sua quoque aetate vitae integritate insignes, imo in se ipsos severos cum multa fiducia aliorum mores emendare non desistere testatur. Deinde Fragm. XLVIII profitetur Epicureos minime dubitare de prava cupiditate suos admonere discipulos; et quosdam redarguit sapientes, qui istam reprehendere non audebant, illosque praesertim qui eandem fatum, et bonae indolis indicium dicebant: hosque postremos appellare videtur Fragm. LX. γόητας, idest *praestigiatores*, qui vitiosos adolescentes suis blanditiis magis perverterent. Demum Fragm. LXXX. ait aliquos inveniri discipulos adeo indociles, et inverecundos, ut si sapiens dicat se neminem nudum adspicere velle, isti contra audeant impudenter ea facere, quae omnino dedecent.

II. Iam vero hoc nostrum de Philodemo judicium gravi Ciceronis testimonio firmandum censemus: qui profecto non modo eum cognovit, dum Romae vixit, ac discipulum L. Pisonem habuit, sed fortasse familiariter etiam tractavit. Tullius igitur *Orat.* in L. Pisonem c. 29. de carminibus verba faciens, quibus Philodemus a Pisone rogatus ipsius vitam libidinosam et voluptuariam descripsit, haec habet: *poema facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius: in quo reprehendat eum licet, si qui vult, modo leviter, non ut improbum, non ut audacem; non ut impurum, sed ut Graeculum, ut assentatorem, ut poetam. Devenit, vel potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Graecus,*

(*) Inter voces papyri omnibus Lexicographis ignotas perperam relatae sunt hae quatuor, videlicet ἀντιπαραδίδωμι, ἐπιλογιστικῶς, ἐπαισθήσει, ἀκτηχείω.

atque advena, quo tam sapiens et tanta civitas: revocare se non poterat familiaritate implicatus, et simul inconstantiae famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus ita multa ad istum de isto scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, omnia coenarum conviviorumque genera, adulteria denique ejus elegantissimis versibus descripserit.

III. Hoc autem Ciceronis de Auctore nostro judicium Cl. interpres papyri Philodemi *de Musica* §. X. Praef. haud a veritate alienum, quin et ex eodem de *Musica* volumine valde comprobari existimavit; ex quo, ut ipse ait, *translucet animus satis ad bonitatem comparatus, et ab intemperantia abhorrens.* Quapropter mirari subit, cur §. IX. ejusdem Praef. Cl. Scriptor primus e MSS. codicibus Vaticano, et Barberino integrum proferens hoc Philodemi epigramma:


Αυριον εις λιτην καλιαδα, Φιλτατε Πεισων,
Εξ ενατης ἑλκει μουσοφιλης ἑταρος
Εικαδα δειπνιζων ενιαυσιον · ει δ' απολειψης
Ουθατα, και βρομιου χιογινη προποσιν,
Αλλ' ἑταρης οψει παναληθεας, αλλ' επακουση
Φαιηκων γαιης πολυ μελιχροτερα ·
Ην δε ποτι στρεψης και ες ἡμεας ομματα, Πεισων,
Αξομεν εκ λιτης εικαδα πιοτερην,

quo quidem epigrammate ad epulas anniversarias die Epicuri natali Pisonem discipulum vocabat Philosophus, mirari, inquam, subit, cur ea penultimi versus verba ην στρέψης και ες ἡμεας ομματα, *si ad nos oculos converteris*, velut παιδεραστικως dicta acceperit, ut scilicet *modestam rei turpis sollicitationem* indicarent, ideoque carmen non ad L. Pisonem patrem, sed ad adolescentulum filium suae disciplinae traditum, a Philodemo missum putaverit. Nam primo praeterquam quod nullum παιδεραστιας indicium allata verba exhibent; ex iis, quae ad sextum versum Vir Cl. praeclare de acroamatis adnotavit, quae ad coenam vocatis pollicetur Epicureus philosophus, facile advertere poterat, versum sequentem ad acroamata eadem referri, quae ut attente audiantur, ipse postulat. Deinde si tam aperte, atque inverecunde in Urbe orbis terrarum principe se pueros suae institutioni commissos deperire declarasset Philodemus, qui fieri poterat, ut Cicero, qui profecto Epicureae doctrinae erat iufensissimus, eum non improbum, non impurum, sed tantum assentatorem judicari vellet? aut qua fronte ipse palam affirmare ausus esset, suae sectae homines valde rigidos, et in se ipsos severos, pravos discipulorum mores corrigendos ac reprehendendos nimis fidenter suis etiam temporibus curare (*)?

IV. Nec porro obstat, quod Asconius *comment.* in Tullii *Pisonianam* esse Philodemi poemata lasciva testatur, et hodie quoque inter vetera Graeca Epigrammata ejusdem nonnulla lasciva numerantur: nam credibile admodum est, nostrum Auctorem ea juvenili aetate scripsisse, antequam gravitatem induens philosophicam, adolescentes sapientia imbuendos susciperet. Ceterum quidquid sit de privata Philodemi vita, nos heic loquimur de doctrina, quam suis scriptis profitebatur, quaeque omnino lasciviae, et intemperantiae erat adversa. Et sane praeter ea, quae e Fragmentis volum. περι παρρησιας in medium jam adduximus, quod ad amorem attinet, puerorum praesertim, quem plures veteres philosophi haud damnabant, modo libidine

(*) Postquam haec scripseramus, ex *Commentario* Cl. collegae nostri Frederici Iacobs in *Brunckii Analecta* cognovimus, eum hoc ipsum, quo de agimus, Philodemi epigramma illustrantem, παιδεραστικην penultimi versus interpretationem pariter improbare, ac refellere, praetereaque haud a sua diversam Cl. itidem collegae nostri Raoul Rochette sententiam citare.

vacaret; Noster contra, magistri vestigiis insistens Col. XIII. voluminis *de Musica* illum esse μεγα κακον *magnum malum*, nec unquam posse honestum evadere diserte pronunciat. Norunt enim eruditi, Epicurum adversus Stoicos, amorem amicitiae ab amore stupri distinguentes, contendisse amorem ad sensuum voluptatem tantum spectare. Qua quidem in quaestione illud maxime animadvertendum occurrit, quod Cicero potius Epicuro, quam Stoicis virtutis magistris assentitur; sic enim scribit lib. IV. *Tusculan: Ad magistros virtutis philosophos veniamus, qui amorem negant stupri esse, et in eo litigant cum Epicuro non multum, ut opinio mea fert, mentiente: quis est enim amor iste amicitiae? Cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem?* Sed et ex hac ipsa inter Stoicos, atque Epicuri asseclas de amore concertatione haud temere conjicere licet Philodemum, cum Fragmento XLVIII. paullo ante citato declarat suae disciplinae homines liberius discipulos περι παθους *de prava cupiditate* redarguere, et quosdam vituperat sapientes fatum praeclaraeque indolis indicia eamdem vocantes; nomine του παθους non generatim quamlibet animi vitiosam cupiditatem designare, sed solum amorem, seu παθος ερωτικον, uti eum Col. V. *de Musica* appellat: et sapientum nomine, qui eumdem fatum, ac bonae indolis indicia vocabant, adversarios Stoicos significare velle. Atque hactenus satis de Fragmentis voluminis περι παρρησιας praefati sumus.




Fran.^o Casanova dis. Ant.^o Casanova inc.

PHILODEMI

SERMONUM DE VITA ET MORIBUS

COMPENDIARIA RATIONE EXCERPTORUM E ZENONIS LIBRIS

..... QUI EST DE DICENDI LIBERTATE



F. Cas... in. del. *R. Biondi inc.*

FRAGMENTUM I.


. . . .
. . . .
. . . . . . ὑποπιπτον γαρ δη και το τινας μητε συναισθησεσθαι τας ἁμαρτιας, μηθ' ὁ συμΦερει διαγινωσκειν, αξιον συγγνωμης· καθολου τ' επιπαρρησιαζεται σοΦος και ΦιλοσοΦος ανηρ, ὁτι μεν στοχαζομενος ευλογια. . . . .

. . . .
. . . .
. . . nam id quod sane contingit, ut nonnulli nec sibi erratorum sint conscii, neque intelligant, quod prodest, venia est dignum: ac generatim loquendi libertate utitur vir sapiens, et philosophus, quod quidem conjiciens rationi congruenter. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 8. επιπαῤῥησιαζεται.). Compositum επιπαῤῥησιαζομαι in Lexicis adhuc vulgatis minime reperitur.

Lin 11. ευλογια.). Apud Lexicographos ευλογια denotat *bonum sermonem*, *laudem*, *benedictionem*: verum in hoc loco a Philodemo sumitur pro *verisimili ratione*, seu *probabilitate*, ut ευλογιᾳ στοχαζεσθαι idem sit, atque ευλογως στοχαζεσθαι, idest *rationi congruenter conjicere*.



Fra. Casanova dis. *Gio. Casanova inc.*

FRAGMENTUM II.

. . . .
. . . .
. . . . . . ειδ' ειποι σοφος προς
τους κατασκευαζομενους,
ὡς ου ταυτο τουτο χωρῃ,
πως τολμησουσιν ἑκα-
στοι μηποτ' ανεχεσθαι
την παρρησιαν; Οικονο-
μηθησεσθαι δε και το δειν
. . . .
. . . .


. . . .
. . . .
. . . . .si vero dicat sapiens discipulis, se hoc ipsum non probare, quonam pacto audebunt singuli libertatem loquendi nunquam ferre? Adhiberi autem illam oportere. . .
. . . .
. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 4. κατασκευαζομενους.). Κατασκευαζομαι tum hoc, tum pluribus aliis hujus papyri locis a Philodemo passiva, non activa significatione accipitur; ideoque κατασκευαζομενος non est heic *institutor*, et *praeceptor*, sed *qui instituitur*, seu *discipulus*. Emendare igitur oportet, quod in Adnot. ad Col. XII. hujus ejusdem papyri scripsimus, verbum κατασκευαζεσθαι a Philodemo eo loci pro *docere* et *instituere* usurpari: ac propterea Auctoris verba, quae in extrema columna leguntur, των ὑπ' αυτων κατασκευαζομενων παῤῥησιαν, omnino reddenda sunt *eorum, qui ab ipso instituuntur*, seu potius *beneficiis ornantur, libertatem*; non, ut vertimus, *consiliatorum, qui sibi subsunt, libertatem*.

Lin. 5. χωρη.). Verbum χωρειν heic non *intelligere*, ac *comprehendere*, qua notione saepe sumitur, significare videtur; sed potius *probare*, vel *assentiri*.

φιλοδ᾽ περι Ηθων. και Βιων



Fran Casanova dis — Gio Casanova inc


FRAGMENTUM III.

. . . .
. . . .
. . . . μηδεποτ' απογινωσκων δε παντ' εδιαλαμβαν' αυτω προσφερειν την παιδειαν, ει μη αλλαν που, και περι της αδοξιας της παρ' αλλοις εταιροις, και περι του των οικειων αποσπασμου. . . . .

. . . .
. . . .
. . . . . .nunquam desperans omnino statuit ipsi doctrinam inculcare, sed aliquando inutilem, et de infamia apud alios sodales, et de rerum domesticarum interdictione
. . . .

ADNOTATIONES.

Videtur in hoc fragmento Philodemus de Epicuro, vel alio Sapiente verba facere, qui aliquem e suis discipulis ad bonam frugem revocare studens, ostendebat eum, ni mores emendaret, et infamia apud socios notandum fore, et rerum suarum administratione prohibendum.



F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM IV.

. . . .
. . . . των
μεν πολιτην τῳ λογῳ
πτοιειν εν μηδενι τιθε-
μενος, εν μεγαλῳ δε
την γ' ησυχιαν. Αρ' ουδ' ευ-
εργετησαντες απ' εκβασ-
μου τον σοφον συμπλει-
ας αιτιαι αν ισχοιεν· ὥσ-
τε πως αποστησας δε της
τουτων σωτηριας, μη
και Επικουρος ειη αιτι-
(ος;

. . . .
. . . .
civem quidem eloquentia terrere nihili aestimans, magni vero quietem faciens. Utique haud succurrentes Sapienti, perniciei culpa simul tenerentur: quomodo ergo horum salutem deserens Epicurus culpa careret?

ADNOTATIONES.


Lin. 4. πτοιν). Epicurum commendat Auctor, quod a capessenda republica alienus tranquillitatem magni duxerit; simulque animadvertit non otiosam ipsum vitam transegisse, sed omne tempus in discipulis corrigendis, atque ad virtutem excitandis insumsisse. Quod autem *terrere cives oratione* maluerit heic dicere Philodemus, quam *agere ad populum*, vel *concionari*, hoc inde factum opinamur, quod ad vehementem Periclis eloquentiam alludere is voluit, qua fulgurare et tonare summus ille orator videbatur; uti ex Aristophanis Achar. v. 529. habemus:

Εντευθεν οργη Περικλεης Ουλυμπιος
Ηστραπτεν, εβροντα, ξυνεκυκα την Ἑλλαδα.
Hinc ira Pericles Olympius
Fulgurabat, tonabat, miscebat Graeciam.

Lin. 7. et seq. εκβασμου). Verbale εκβασμος, ab εκβαινω ortum, in nullo reperitur vulgato Lexico.

Lin. 8. τον σοφον). Σοφος ille, seu sapiens, cui illi, qui post naufragium non subvenirent, culpae simul rei essent, vel est Simonides Poëta, de cuius naufragio agit Phaedrus lib. IV. Fabul. vel Aristippus Philosophus, quem eamdem calamitatem passum esse tradit Vitruvius, prooem. lib. VI. Archit.

Ibid. et seq. συνωλειας). Vox συνωλεια a συνολλυμι originem ducit, licet ea in editis Lexicis minime inveniatur: sed quemadmodum ex εξολλυμι fit εξωλεια, ita a composit. συνολλυμι, quod sane in Londinensi H. Stephani Lexico habetur, fieri potuit συνωλεια.


Ν
Τ Ϲ Π ΡΡΙ
ϹΑΙΜ Ν ΙΚ—ΩΝΑΝΔΩΝ
Φ ϹΛ ΙΚΕΝΘΟΥϹ ΙΑ ΟΝ
ΤΕ ΕΞΕϹΤΙΔΕΚΤΩ ΕΙΡΗ
Μ Ι ΝΑΝ ΙΚΘΑΚΑΙΤΟ
ΠΩϹΕΧΕΙ ΔΕΙΠΡΟϹΠΑΡΡΗ
ϹΙΑΝ Ο ΟΙϹΝ
ΧΙ ΤΑ ΤΑΡΡΗϹ ΑΙ ΛΥΝ
ΤΟΙΝ ΕΛ .ΟΝΕΠΙΤΟ
ΤΕ Α ΝΓΩϹ

Fran Casanova del. Gio Casanova inc.


FRAGMENTUM V.

. . . .
. . . .
. . . . ὡς πεπαρρησιασμεναις των ανδρων φωναις ενθουσιαζοντες. Εξεστι δ' εκ των ειρημενων αν επιστασθαι και το πως εχειν δει προς παρρησιαν τον εν πολλοις αντεχοντα παρρησιαις . . . .

. . . .
. . . . veluti liberioribus hominum vocibus numine afflati. Ex dictis vero noscere licet, quomodo oportet adversus loquendi libertatem eum esse affectum, qui in multis minime fert objurgationes . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seqq. ὡς πεπαῤῥησιασμέναις τῶν ἀνδρῶν φωναῖς). Docet in hoc fragmento Epicureus noster, viros sapientes, qui adversus hominum vitia libertate utuntur, veluti numine afflatos habendos esse, propterea que iis parendum. Et sane veteres non modo poetis, verum illis quoque, qui sapientiae laude excellerent, ἐνθουσιασμὸν quemdam tribuisse videntur: qua de caussa apud Plutarchum in *Solone* σοφία ἐνθουσιαστικὴ legitur, idest *sapientia quae numine afflante concipitur.*



Fran. Casanova dis *Gio. Casanova inc.*

FRAGMENTUM VI.

. . . .
. . . . προς τους μεν ημαρτηκοτας παρρησιασεται τω δε και καθηγητας αποδιδοναι. Διο και Επικουρος λεγων, ὡς δια Πυθοκλεα τυχην θεωσει παρα το τεθεμισμενον, ομαιμωνως προς Διον γραφει την λαμπραν καλουμενην επιστολην. . . . .
. . . .

. . . .
. . . . adversus errantes libertate utetur, etiam institutores destinando. Quare Epicurus dicens, se propter Pythoclem fortunam inter Deos relaturum praeter ius fasque, sat benevole ad Dium epistolam scribit, quae *splendida* appellatur. . . . .
. . . .


ADNOTATIONES.

Lin. 7. δια Πυθοκλεα). Pythocles, de quo heic Philodemus, Epicuri discipulus fuit, ad quem idem Epicurus epistolam *de rebus sublimibus* scripsit, a Laertio nobis servatam. Cur autem dixerit Epicurus se praeter jus fasque fortunam Pythoclis caussa inter Deos esse relaturum, facile intelligemus, si animadvertamus eum docuisse minime fortunam esse Deam habendam; quemadmodum ex ipsius ad Menoeceum epistola apud Laërtium L. X. ex Gassendi editione colligitur, ubi sub finem haec leguntur: *την δε τυχην ουτε θεον, ὡς οἱ πολλοι νομιζουσι, ὑπολαμβανει (ουδεν γαρ ατακτως θεῳ πραττεται), ουτε αβεβαιον αιτιαν ...... κρειττον ειναι νομιζων ευλογιστως ατυχειν, η αλογιστως ευτυχειν.* ***Fortunam vero neque Deam habeto, uti vulgus putat (nihil enim inordinatum a Deo efficitur), neque instabilem bonorum et malorum caussam.......melius existimans ratione bene inita esse infelicem, quam ratione male inita fortunatum fieri.*** Huc accedit, quod is negans, ut est notissimum, hominum generi a Diis consuli, ac provideri, ullamque piorum et impiorum rationem haberi, haud sane poterat, ni sibimet repugnare vellet, fortunam Deam existimare, per quam opinabatur multitudo *αρχας μεγαλων αγαθων, η κακων χορηγεισθαι*, ***magnorum*** scilicet ***bonorum, vel malorum suppeditari occasiones:*** quae quidem verba in eadem ad Menoeceum epistola habentur. Cum vero Epicurus heic, Philodemo teste, dicat se propter Pythoclem fortunam ad Deos esse evecturum, his videtur indicare verbis, se adeo vehementer Pythoclem diligere, ejusque caussa omnia cupere, ut suam quoque deserere sententiam sit paratus, nec plane ipsam dubitet fortunam Divam agnitam precibus ac votis fatigare, quo illi favere, ac propitia adesse velit.

Lin. 8. et seq. τεθειμισμενον). Scriptum in *αυτογραφῳ* cernitur τεθειμισμενον amanuensis incuria.

Lin. 9. ὁμαιμευνως). Ὁμαιμευνως, vox Lexicographis ignota, in *αυτογραφῳ* legitur; quam, nisi ex librarii errore ortam velimus, nullo negotio ex ὁμαιμος ***consanguineus***, et ***ευνοως benevole*** derivare possumus, ut idem sit, ac ***fraterna benevolentia.***

Lin. 10. Διον). Dius hic unus erat ex amicis, seu discipulis Epicuri; cujus tamen nulla apud veteres habetur mentio. Fortasse in epistola ad Dium scripta Epicurus eum rogavit, ut veluti paedagogus ipsius Pythoclis mores corrigeret.



ΤΑΝ
ΤΩΝϹ ΩΝ
ΩΝΚΑΙ ΝΠΡΟϹΩ
ΤΩΝ ΟϹ ΔΕΤΟΥϹΜΑΛ
ΛΟΝΤΩΝΑΠΑΛΩΝΙϹΧΥ
ΡΟΥϹΚΑΙΤΟΥϹΠΛΕΙΟΝΤΙ
ΗϹΕΠΙϹΤΑϹΕΩϹΔΕΜΕ
ΝΟΥϹΕΠΙΤΙΝΕΙΠΡΟϹΔΕ
ΤΟΥϹΙϹΧΥΡΟΥϹΚΑΙΜΟΝΙϹ
ΑΝΕΓΚΡΑΥΙ ΑϹΘΩϹ ΛΕ
ΗϹΟΜΕΝΟΥϹΚΑΙΤΩΙ
ϹΑ ΗΡΩΙΧΡΗϹΕΤΑΙΤΗϹ
ΠΑΡΡΗϹΙΑϹΕΙΔΕΙ ΚΑΙΓΑΡ

F. VII

F. Casanova dis. *R. Biondi inc.*

FRAGMENTUM VII.


. . . .
. . . . . . προς δε τους μαλλον των απαλων ισχυρους, και τους πλειον τι της επιστασεως δεομενους επιτεινει· προς δε τους ισχυρους, και μολις αν εγκραυγασθ' ὡς μεμνησομενους και τω σκληρω χρησιται της παρρησιας ειδει . . . .

. . . .
. . . . adversus puerorum robustiores, et quid amplius cura indigentes *libertatem* auget: adversus autem robustos, ac vix ea memoria retinentes, quae elata voce inculcantur, duro libertatis genere utetur . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. προς δε τους μαλλον των απαλων ισχυρως). Vult heic Auctor majori libertate, quam pueros, eos esse objurgandos, qui aetate magis creverunt; tum ex his si qui facile monita obliviscuntur, acrius increpandos.

Lin. 8. εγκραυγασθ᾽ ὡς). Compositum εγκραυγαζω, unde εγκραυγαστος, frustra quaeritur in vulgatis Lexicis.



F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM VIII.

. . . .

ᾧ προσπεπονθεναι τουτον παρεΦερεται προσχαρακτηρικως· όταν δ' ἡδιον, και ῥᾳον αγχιστα των θεραπευοντ' αλλον καθηγουμενον ζητωσι, συνεμπιπτουσιν εις ὁποιους αν. Εστιν δ' οτε Φησει λεγειν τινας των Φιλων, και διακελευσεται. . . . .

. . . .


cui ut hic adhaereat, ex indole sequitur: cum vero alium lenius et facilius proximis curantem quaerunt praeceptorem, in qualescumque incidunt. Aliquando autem inquiet amicos quosdam narrare, ac praecipiet . . . .

Lin. 2. et seq. ω' προσπεπονθεναι τουτον). Hujus fragmenti ea esse videtur sententia, discipulos praeceptoris tristis et severi plerumque libertatem haud ferre, atque alios sibi quaerere faciliores ac blandiores; vel si quia illum ferat, id ex severa ipsius discipuli indole evenire. Quare addit Noster, aliquando magistrum, cum aliquid correctionem aspernantibus praecipere vult, id dicere se ab amicis accepisse.

Lin. 3. παρεφεπεται). Decompositum παρεφεπομαι nulla exhibent Lexica.

Ibid. et seq. προσχαρακτηριχως). Hujus adverbii nullum in editis Lexicis extat vestigium.

Lin. 5. αγχιστατων). Αγχιστατος minime in Lexicis vulgatis reperitur: sed sicut a κυδιστος factum est aliud superlativum κυδιστατος, ita ab αγχιστος, *proximus*, facile fieri potuit αγχιστατος.



F. IX.

Fran. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

FRAGMENTUM IX.


. . . .
. . . . και ἀ-
τιν' Επικουρος Λεοντιου
τ' αισθανεται, παρυπο-
θησεται προς Κολωτην·
ισει και μεταξει ποτ' ε-
φ' ἑαυτον ὁ σοφος θ' ἁμαρ-
τημ' αφετον εν τῃ νεοτη-
τι . . . .

. . . .
. . . . et quaecumque novit Epicurus de Leontio, Colotae attribuet: siquidem etiam in se ipsum transferet aliquando sapiens vitium aliquod solutius in juventute . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *και ἐστιν' Επικουρος*). Ostendit hoc loco Auctor, interdum sapientem, ut monitio amice accipiatur, discipuli alicujus errata velut ab alio discipulo admissa vituperare, perinde ac si ex. g. Epicurus Coloten de iis monere non dubitet, quae errasse Leontium noverit. Quin et illud addit, praeceptorem aliquando sibimet ea affingere, quae maxime peccare consueverunt juvenes. Porro Colotes, de quo heic Philodemus, a Laertio inter celebres Epicuri discipulos numeratur; idemque est, adversus quem duos conscripsit libros Plutarchus. Leontium vero et ipsa, Athenaeo teste lib. XIII. sub Epicuro philosophiae operam navavit; cujus feminae Laertius quoque lib. X. et Cicero 1. *de Nat. Deorum* meminere.

Lin. 4. et seq. *παρωποθησεται*). Παρωποθησεται scripsisse videtur Noster, uti et sensus indicat, et ex elementis adhuc exstantibus conjicere datur; quamvis in nullo Lexico *παρωποτιθεσθαι* inveniri fatendum sit.



L. Corazza inc.

G. B. Casanova dis.

FRAGMENTUM X.


. . . .
. . . .

Δια φιλοφρονησει τοιουτοις τροποις· ου μην αλλα ποτε και εις αυτους ποησεται την παρρησιαν, παρακινδυνευτεον ειναι νομιζων αλλως μη υπακουωσι. Αλλα μεντοι γε τους υπερβαλλοντας ισχυρους και φυσιν δια προκοπην παντι θυμῳ και τε κινησει, και

. . . .
. . . .

Quare benevolum se praebebit talibus modis: verumtamen et apud ipsos aliquando libertate utetur, periculum ceteroqui subeundum existimans, ne obediant. Sed profecto admodum natura robustos ad profectum omni vi et incitabit, et

Lin. 5. Διο φιλοφρονησει). In hoc fragmento, ut et duobus sequentibus demonstrat Epicureus philosophus, summa prudentia opus habere sapientem, ut eorum mores corrigat, qui loquendi libertatem iniquo ferunt animo; atque in primis illi curandum, ut auditorum benevolentiam sibi omni ratione conciliet, nec libertate illa nisi raro utatur.



Fra. Casanova dis. Giu. Casanova inc.


FRAGMENTUM XI.

. . . .
. . . . αλλα μεν ευφραινειν, και τη ενταθησομενη περι αυτους επαγρυπνησει. Μετα δε ταυτα και τα παρακολουθουντα, και συναναφθησομενα δυσκολα τοιουτοις ουσιν εκθησει παλιν . . . .

. . . .
. . . . sed profecto exhilarare studebit etiam intentius pro ipsis vigilando. Postea vero et ea quae sequuntur, et quae simul sunt conjuncta talibus discipulis difficilia, exponet denuo . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 7. et seq συναναφθησομενα). Decompositum συναναπτω, unde συναναφθησομενα, frustra in Lexicis requires.



J. Casanova dis R. Biondi inc

FRAGMENTUM XII.

. . . . και ουτως ῥᾷον ποιησει τουτο τῳ τυγχανοντι της παρῥησιας· ωστε μη το ποιων ουδεν ανυσει, πλεον ετι δ' αθυμωσει, και μη δια παντος αοργητως ποιησεται τους λογους . . . .

. . . . et ita facilius hoc illi efficiet, apud quem libere loquitur: quare id haud faciens nihil adsequetur, imo magis animum despondebit, atque haud omnino leniter sermones habebit . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 6. et seq. αθυμωσει). Verbum αθυμοω, ab αθυμος ortum, in Lexicis minime invenitur; atque heic neutrali significatione sumi videtur, eodem plane pacto, ac usitatissimum αθυμεω, licet verba circumflexa in οω saepius active usurpentur.



F. Casanova dis. R. Bianchi inc.

FRAGMENTUM XIII.


. . . .
. . . . ουδ' εστι τις
βλασφημιας εκεινου μεμ-
ψεται, τουναντιον δ' εστι
ταις εσχαταις των νουθε-
τουμενων λυμαις, και
φανερον κακεινω ποι-
ησει τουτο· συμβαινει
γαρ την διανοιαν απο-
στριφεσθαι, ὡς ουχ ὑ-
πολεγοντος . . . .

. . . .
. . . . neque de illius conviciis queretur, sed contra de malis, quibus premitur monitus, atque hoc illi manifestum faciet: fit enim ut mens aversetur, tamquam non dijudicantis . . . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *ουδ᾽ επι τοις βλασφημιαις*). De sapiente heic loquitur Auctor, qui contumeliis licet et maledictis a discipulo vexatus, haud tamen de iis conqueritur, quin potius illius tristem fortunam miseratur.

Lin. 10. et seq. *ὑπολεγοντος* . Ex literis adhuc superstitibus in *αυτογραφῳ* vox *ὑπολεγοντος* erui posse videtur; verbum vero *ὑπολεγω* heic *discerno, dijudico* denotare videtur, qua significatione simplex *λεγω* aliquando accipitur, quamvis hoc compositum Lexicographis sit ignotum.



F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM XIV.

. . . .
. . . .
ὡστε τῃ προς τον σοφον ποιοτητι κεχρησθαι· ἰδειν δ' ουκ εστι την ιδιοτητα και των φιλοφρονων αφανων. Ὁταν μη παριλπιζη τινας, η φροδρα μεγαλως τον ιδιον εμφαινῃ δυσχερασμον, ουκ επιλησεται του φιλτατου, λεγω και γλυκυτατου, και των ὁμοιων, και
. . . .

. . . .
. . . .
ut prava animi qualitate in sapientem sit usus: videre enim haud licet et amicorum occultorum indolem. Cum minime in desperationem aliquos adducit, vel propriam indignationem magnopere ostendit, non obliviscetur amicissimi, dico et dulcissimi, et similium appellationem, et . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 5. et seq. ὥστε τῃ προς τον σοφον ποιοτητι). Innuit hoc loco Noster aliquando discipulum suam indolem, suique animi proprietates praeceptori celare; quin imo, antequam se illius monita indignari ostendat, non dubitare eum amicissimum, ac suavissimum appellare.

Lin. 7. παρελπιζῃ). Παρελπιζω heic significat in desperationem adducere; at eo composito cuncta Lexica vulgata carent.

Lin. 9. et seq. δυσχερασμον). Δυσχερασμος, nomen verbale a δυσχεραινω ortum, nunc primum a Philodemo discitur.



F. Casanova dis. R. Bundi inc.

FRAGMENTUM XV.


. . . .
. . . . και δια
τι παυσαμενων επι τους
ὑμας εκμεταβησεται; και
τουτῳ δε πως αυτου
την λαλιαν φησιν ευ ηνο-
χοτες; τι δ' εξει φαινειν,
τι δ' ειπειν ὁ τη παρρησι-
α σοφος ανηρ προς τους φι-
λους, ὡς Επικουρος, και Μη-
τροδωρος; . . . .

. . . . et cur, iis cessantibus, ad vos transfugiet? atque ita quomodo ipsius loquacitatem perferent? quid vero est demonstraturus, quid dicturus liberius loquendo vir sapiens contra amicos, uti est Epicurus, ac Metrodorus? . .
. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. και δια τι παυσαμενων κ. τ. λ.) Obscurius est hoc fragmentum: sed forsitan id sibi vult Philodemus, nunquam fore ut sapiens quis Epicureus, si parere detrectent discipuli, ad aliam philosophicam sectam transeat, illiusque placita exponenda suscipiat, ut hoc pacto auditorum benevolentiam captet; quod sane, uti videtur, dictitabant de Epicuri sectatoribus adversarii.

Lin. 4. εκμεταβησεται). Novum decompositum εκμεταβαινω Graecae linguae studiosis suppeditat nostra papyrus; siquidem ante μεταβησεται clare in αυτογραφῳ conspicitur elementi K pars posterior.



Fra. Casanova dis   Gio. Casanova inc


FRAGMENTUM XVI.

. . . .
. . . . μηδε
ποτε δακνωμεθα μο-
νον, αλλα μεχρι αν καθα-
ρευοντας επιδειξωμεν
αυτους πειθειν δε και δι-
α των εργων, αλλα μη μο-
νον δια του λεγειν, ὁτι την
παρρησιαν γενναιως ενη-
νοχασι . . . .

. . . .
. . . . neque tunc solum doleamus, sed usque dum iis purgatis ostenderimus, nos persuadere operibus, nec tantum dicendo ipsos raro libertatem aequo animo tulisse. . . . .
. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. μηδε ποτι δακνωμεθα κ. τ. λ.) Ea videtur totius hujus loci esse sententia, sapienti viro, qui discipulos nullam e loquendi libertate utilitatem capere, imo moleste ipsam ferre videt, magnopere esse laborandum, ut etiam operibus, nec tantum verbis et castigationibus illis virtutem persuadeat.



Giov. Casanova inc. Fran. Casanova dis.


FRAGMENTUM XVII.

. . . .
. . . . ,
χρωμενου και τη πολιτικη καθολου παντων, καν δι' αλλων μαλλον ἡ παρρησια γινηται μην, ὁμοιαν ουτω η ἡρησθαι χαριν υποβολη θ' ἡμων αλλα γ' αντιτεταττομενον, καν δια της γεγονυιας παρρησιας . . . .

. . . .
. . . .
utente illo politica prorsus omnium, licet per alios potius libertas adhibeatur, similem possit hoc pacto gratiam accipere monitioni nostrae alioquin adversans, quamvis per adhibitam libertatem . . . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seq. χρωμενου και τη πολιτικη). Ostendit heic Philodemus, si sapiens per alium objurgandos discipulos censeat, quo monitio amicius accipiatur; hos quamvis sapientis libertatem respuentes, eodem tamen beneficio affectum iri. Vox autem πολιτικη, quae proprie *artem* vel *scientiam civitatis regendae* significat, usurpatur ab Auctore hoc loco ad eam denotandam prudentem rationem, qua quis in suis privatis negotiis gerendis utitur.



Nic. Casanova del. — Gio. Casanova inc.

FRAGMENTUM XVIII.

. . . .

ω παι, καθαπερ τροφην αλλοτριουσαν εκπτυε αταραχως. Εαν δε μηδ' αγαπωσι πασης τετευχοτες τροφης ιδιας και βοηθειας, εως δυνατον ην, αλλα και βλασφημειν και λυμαινεσθαι τον σοφον τον υφ' αυτοις πειρωνται, και κωμωδουντες . . . .

. . . .

o puer, velut cibum noxium audacter exspue. Si vero omnem cibum proprium, et adjumentum sortiti, quoad fieri potuit, minime eo sint contenti, sed sapientem ipsis subjectum et contumeliis onerare, et vexare conentur, et conviciantes

. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. *ω παι, καθαπερ τροφην*). Inducit heic Noster praeceptorem cum discipulo loquentem, eique suadentem, ut dediscat, atque evomat tamquam noxium cibum perversas doctrinas, quibus antea imbutus fuerat.

Lin. 5. αλλοτριουσαν). Verbum αλλοτριοω potest in hoc fragmento duplici sumi notione, quin Auctoris repugnet sententiae. Vel enim exponitur *alium facio*, *immuto*; atque ita αλλοτριουσα τροφη erit *cibus immutans* corporis constitutionem, seu *cibus noxius*, uti nos interpretati sumus: vel accipitur pro *separare*, *alienare*; et sic accepta αλλοτριουσα τροφη erit cibus alienans a magistro discipulum.




Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XIX.

. . . . τουτο, ὡς λεγεσθαι παρ' ἡμων δει, μεμπτου, και ακινητου, και την φυσιν ὡσπερ κυνι δ' αυτοις ειχουσιν αγνωστου ει μη και πονηρου, και παντας, αν την ευτυχη, αρξοντος, ετι δ' ευεπιβολον ἀυτον παρασχησοντος αλλοις το τον πολεμουντα μεν αμυνεσθαι . . . . .

. . . . id, ut dicere nos oportet, est hominis reprehensione digni, et indocilis, cujus indoles ipsis velut canem eum fugientibus est ignota; sed et improbi, qui omnes, si fortunatus sit, arcebit, ac praeterea se aliis tamquam sollertem ad hostem repellendum praebebit . . . .

Lin. 2. τουτο, ως λεγεσθαι κ. τ. λ.) Describit his verbis, ut videtur, Epicureus philosophus indocilem et pessimam illorum indolem, qui non modo cujusvis sapientis monita contemnunt, cunctosque praeceptores a se repellunt, verum aliis quoque adjutores se praebent ad sapientes velut hostes infensissimos arcendos.



Steph. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XX.

. . . . και την δ' ουκ εδυνηθησαν ωφελειαν ἡμων, ετι δε την μεριζομενην συγγνωμην εν οἱς διεπεσον, ὡς εν τε τοις προς Δημοκριτον ἱσταται δια τελους ὁ Επικουρος, και προς Ηρακλειδην. . . . . .


. . . . et *inficiari* non potuerunt utilitatem per nos adlatam, veniamque iis datam ob errata, in quae inciderunt; ut in libris adversus Democritum, et Heraclidem statuit ad extremum usque Epicurus . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *και την δ' ουκ εδυνηθησαν κ. τ. λ.*) De Epicureorum adversariis sermo heic habetur, qui tamen, ut Noster ait, suosmet errores agnoscere, simulque utilitatem ab Epicureis allatam fateri coacti sunt.

Lin. 3. et seq. *αφιλειαν ἡμων*). Librarius αφιλιαν scripsit ex frequenti ει in ι permutatione.

Lin. 6. et seq. *ὡς εν τε τοις προς Δημοκριτον*). Ex hoc fragmento discimus etiam adversus Democritum, et Heraclidem libros ab Epicuro fuisse conscriptos, licet eorum nulla apud Laërtium, aliosque veteres mentio reperiatur. Quamvis enim Tullius I. *de Finibus* scribat ab Epicuro *Democritum, laudatum a ceteris, vituperatum* fuisse; et Plutarchus II. *advers. Colot.* queratur Heraclidem ad eodem fuisse contumeliosissime vexatum, neuter tamen Epicurum contra illos philosophos libros confecisse tradit..



Franc. Casanova dis · Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXI.

. . . .

. . . .

τουναντιον μεταγγελει, ὡς του ταυτο μονον εργαζομενου· το δε πως εκεινος εξη ζωης, ουδεν πονει, και φρενουντος, τηδ' ευνοια μεν σπανιως τε πανυ χρηται· και πασης αποστροφης περιγεγραμμενης, και καταρας, και λοιδοριας άπασας, και δ' απονοιας. . . . .

. . . .


. . . .

contra promittet, perinde ac si idipsum tantummodo efficiat: quo autem pacto ille in vita se gerat, nihil laborat; eoquo hortante, benevolentia raro prorsus utitur; cumque omnino se alienare ab eodem statuerit, et diras, et contumelias omnes, et insana convicia *jactabit.*

. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 5. *τουναντιον μεταγγελει*). De eo loquitur Noster, qui etiamsi sapientis monita negligat, iis tamen se parere velle simulat; cumque temporis processu magistrum aversari coeperit, contumelias omnes, atque omnia maledicta in eum congerit.



Gius. Casanova dis. Luigi Corazza inc

FRAGMENTUM XXII.

. . . .
. . . .
. . . μεταληψει του-
τους δε, των ιδιωματων
αυτων προσθηκησεως οικο-
νομουμενης πρωταις
αλλαις, ἅς ὁτε καιρος, και τ᾽α-
γοραι παραδιδωσιν αν νεα-
νιαις· αγαγοι δ᾽αν ισως το
γελωτοποιον, αν ῃ σπανιωτα-
τον, εξουσιαν . . . .


. . . .
. . . .
. . . . hos immutabit, addito proprietatum ipsarum bono aliis prioribus, quae et tempus, et forum adolescentibus afferaut : praebere autem possent fortasse joci et dicteria, si admodum raro adhibeantur, facultatem . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seq. μεταθησει τουτους κ. τ. λ.). Is videtur esse fragmenti hujus sensus, sapientem, si magna dexteritate, ac prudentia utatur, discipulorum indole facile immutata, ipsas animi qualitates e vitiosis bonas facere; atque hoc praeclarum commodum aliis addere, quae illis afferant tempus, forum.

Lin. 5. ευθενησεως). Nomen ευθηνησις ab ευθηνεω ortum *abundantiam*, *opulentiam*, et *felicitatem* denotat: verum heic a Philodemo pro quovis *commodo*, seu *utilitate* sumi videtur.

Lin. 9. et seq. το μωμωσαι). Verbum μωμωσαι, idest *illudere*, *irridere* suspicandi ansam praebet, Epicureum nostrum ad Socratis institutum heic spectare voluisse, qui per ironiam a vitiis discipulos avocare consueverat: quod in Alcibiade eum praestitisse ostendit Plato in dialogo, cui titulus *Alcibiades* I.



Casanova dis — *Luigi Corazza inc*


FRAGMENTUM XXIII.

. . . . με-
τα γελωτος, η τοις κακι-
αν περιπατουσης σοφο-
τητος, και κακα αλλα τους
νουθετουμενους και θερα-
πευει, και. . . . .
. . . .
. . . .
. . . . και
προς ὁν ετυχε γινωσκων, και
εφ' ὡν ετυχεν και των πονη-
ρων, ου στοχαζεται; . . .

. . . .
objiciens vel his cum risu, vel illis deambulantis sapientiae vitium, et alia mala, monitos ipsos curat, et. . . . .
. . . .
. . . .
. . . . et
ad quem accessit noscens, et inter quos versatus est etiam improbos, nonne conjectura assequitur? . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. μετὰ γέλωτος κ. τ. λ.) De Epicureo sapiente videtur verba facere Auctor; qui deridendo vel *deambulantis sapientiae*, sectae scilicet Peripateticae, vel alterius disciplinae vitia, discipulos monitos sanare, atque ad Epicuri dogmata amplectenda incendere studet.



Franc. Casanova dis   Franc. Celentano inc

FRAGMENTUM XXIV.

. . . .

. . . ὁμιλησας απεφερε μεν την κεφαλην, φησας ὡς δ' αν αυτος ειπειν αι μαλλον · η καθαπερ δε Αθηναιοι μεν ὑπο το γραφεσθαι σπονδην δ', όταν συνεταιρον Αλεξανδρου συνερχομενοι ποτε ἡττον ἑλληνικως αυτον, η βαρβαρικως προσαγορευσ' ελεγον, μυριοις αλλοις


. . . .

. . . dum loqueretur, convertit caput, affirmans ipsum dixisse magis magisque: vel sicut Athenienses, dum foedus iniretur, cum in concionem vocati Alexandri familiarem reprehenderent, quod minus Graece, seu barbarorum more locutus esset, decem alia millia *medimnorum frumenti se donare is dixit.*

ADNOTATIONES.

Lin. 2. ὁμιλησας κ. τ. λ.) In hoc fragmento illud docere fortasse Anctori propositum est, nunquam irasci debere sapientem, etiamsi contumeliosis et arrogantibus verbis eum lacessant discipuli: quare philosophi cujusdam Pythagorici exemplum affert, qui dum loqueretur, ad auditores audacter et importunae sermonem interpellantes conversus, majore vocis contentione ipsum, idest Pythagoram, dixisse respondit. Citat et Demetrii Poliorcetae exemplum, quem Alexandri Magni sodalem appellat: is enim ab Atheniensi cive in concione reprehensus, quod vocem quamdam barbarorum more pronunciasset, dixit se ob eam correctionem ad frumentum jam donatum decem alia millia nedimnorum addere. Ita hanc rem narrat Philodemus: at Plutarchus in *Apophth.* pro decem nillibus quinque millia habet. Porro in αυτογραφω scribitur ὁμιλεσσας pro ὁμιλησας.

Lin. 9. συνηρχημενοι). Συν–ηχμενοι in αυτογραφω scriptum invenitur pro συνηρχημενοι.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XXV.

. . . .
. . . . ου περι μεν του ποιου,
ου του καιρου εγχρονι-
ζειν επιζητουμεν, ουδε
και του όν τροπον, και του
πως δια παρρησιας επιτε-
νουμεν την προς άυτους
ευνοιαν των κατασκευα-
ζομενων παρ' αυτο το πε-
παρρησιασθαι. Χαλεπον
μεν ειναι τουτο δι-
φησεν, ει γεινοιτο . . . .


. . . .
. . . . minime de acriori castigatione, minime de differenda ea quaerimus, nec qua ratione, et quo pacto per dicendi libertatem augebimus in nosmetipsos auditorum benevolentiam post correctionem: difficile quidem id esse declaravit, si fieret. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. *ου περι μεν του τονου*). In hoc fragmento videtur Philodemus minime probare castigationis et monitionis acerbitatem; de qua haud sibi quaerendum esse docet, num eam adhiberi oporteat, an in aliud potius tempus post admissum erratum sit rejicienda; praeterea quanam ratione sapiens discipulorum benevolentiam augere in semet post ipsam objurgationem queat. Quare ad Auctoris mentem apte, convenienterque visum est posse vocem *τονου* in hac linea suppleri, quae praeter alias significationes etiam *robur* ac *firmitatem* denotat; quaeque, cum agitur de *παρρησια*, pro acerbiore monitione sumitur. Atque hac sane notione eadem dictione utitur Plutarchus in Opusc. *de discernendo ab adulatore amico*, cum oportere ait aliquando *σφοδρον ειναι τον φιλον, και τῳ τονῳ χρησθαι της παρρησιας· vehementem esse amicum, et castigationis acerbitate uti*: quae quidem Chaeronensis philosophi verba nos in Praefat. papyri *περι παρρησιας*, priori hujus Tomi parte jam adtulisse meminimus. Sed et Auctor noster in fragmento XXXVIII. ejusdem papyri, quod infra exhibebimus, acriorem illam objurgationem, quam *τονον της παρρησιας* Plutarchus appellat, ipse *τονον επιτεταμενον* vocat, addito ad majorem vim declarandam hoc participio.

Lin. 9. et seq. *παρ' αυτο το πεπαρρησιασθαι*). Isthaec locutio verti potest *post ipsam correctionem*: sed nil impedimento est, quominus reddatur, si cui magis placeat, *ipso correctionis tempore*.

Lin. 11. et seq. *διεφησιν*). Is qui declaravit difficilem esse illam quaestionem, de qua verba facit Noster, fortasse est Zeno, e cujus libris ipse suos *περι ηθων, και βιων* commentarios excerpsit.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXVI.


. . . . . . ὡσπερει θεωρων παιδευοντα τους εν τω κοσμω παντας στυγησει. Τιθωμεν δε προ ομματων και την διαφοραν, ἡν εχει κηδεμονικη νουθετησις αρ' αρεσκουσης μεν, επιεικως δε δακνουσης ἁπαντας ειρωνειας · και δη γαρ ὑπο ταυτης ενιοι δελεαζομενοι

. . . . . veluti praeceptorem contemplans, omnes, qui in orbe sunt, odio habebit. Ponamus autem ante oculos discrimen, quod interest inter correctionem paedagogi propriam, et ironiam certe quidem delectantem, at leniter cunctos mordentem : hac enim aliqui inescati

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seqq. Τιθωμεν δε προ ομματων κ. τ. λ.) Ostendit hoc loco Philodemus a sapiente, qui adolescentium mores emendare aggreditur, haud esse imitandam asperam et severam paedagogorum rationem, sed potius ειρωνειαν (quam *dissimulationem* vertit Cicero Academ. IV. c. 5.), qua ad refellendos adversarios uti solebat Socrates, quamque praesertim adhibuit ad compescendam in adolescentulo Alcibiade nimiam sui fiduciam, atque arrogantiam; quemadmodum ex *Alcibiade* I. Platonis colligi potest. Nam, ut observat Auctor, magnum inter utrumque corrigendi modum intercedit discrimen; atque ironia, quae leniter mordet, potius inescantur, et delectantur discipuli.

Lin. 9. et seqq. ειρωνειας). Ιρωνιας scripsit librarius pro ειρωνειας ex frequenti diphthongi ει in elementum ι permutatione.



Franc. Casanova dis. — Luigi Corazza inc

FRAGMENTUM XXVII.

. . . .
εν τη παρρησια μεν ουκ απεστραμμενον εμφαινουσιν. Πολλακις δε το εμειωσε, και ουδε γ' ετι σοι διαλεγουσιν πεπαρρηκοτως επιφωνησιν · ειτ' οιμαι κατα λογον. Ω'ς παρα τοιουτων, οποταν ακουσωσιν, ηκουσιν ετεροι, και
. . . .


. . . .
in libertate quidem minime alienatum ostendunt. Saepe autem hoc eorum fregit animum, neque amplius profecto tibi dicunt confidenter adclamando: » itaque existimo ratione ductus ». Sic a talibus *monitoribus*, postquam audierint, revertuntur alii, atque immutati, et. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. εν τῃ παῤῥησια, κ. τ. λ.) Si leniter per blandam ironiam admoneantur discipuli, adfirmat philosophus noster eos non modo intelligere sapientem minime a se alienatum esse, verum quoque haud amplius audere illi confidenter, atque arroganter respondere; imo potius suos agnoscentes errores, longe alios fieri, atque immutari.

Lin. 6. διαλεγουσιν) Διαλεγειν vulgo denotat *eligere, discernere;* verum heic a Philodemo sumitur pro *loqui*, *dicere*, sive pro διαλεγεσθαι.

Lin. 7. επιφωνησιν) Διαλεγειν επιφωνησιν idem sonat, ac *dicere adclamationem*, seu *dicere adclamando*, verba scilicet insolentia, quae sequuntur: εῖτ' οιμαι κατα λογον, *itaque existimo ratione ductus.*


ωϹΕΦΙΟΛ Ε ΟΥΘΗΡΕΥΤΗϹ
ΚΑΝΠ ΡΙ ΔΕΙΚΝΥωΜΕΝ
ΕΠΙΛΟΓΙϹΤΙΚωϹΟΤΙΠΟΛ
ΛωΝΚΑΙΚΑΛωΝΕΚΦΙΛΙΑϹ
ΠΕΡΙΓΙΝΟΜΕΝωΝΟΥΔΕΝ
ΕϹΤΙΤΗΛΙΚΟΥΤΟΝωϹΤΟΕ
ΧΕΙ ΤΑ ΚΑΡΔ Λ ΚΕ
ΡΕΙΚΑΙΛ ΟΝΤΟϹΑΚΟΥϹΕ
ΤΑΙϹΦΟΔ ΑΓΑΡΗΦΥϹΙϹΟΡΕ
ΓΕΤΑΙΠΡ ϹΤΙΝΑϹΕΚΚΑΛΥ
ΠΤΕΙΝΑ ΟΕΙΛΟΙΠ ΙΑϹ

Franc. Casanova dis.   Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXVIII.

. . . .

. . . .

καν παραδεικνυωμεν επιλογιστικως, ότι πολλων, και καλων εκ Φιλιας περιγινομενων ουδεν εστι τηλικουτον, ὡς το εχειν, ι τατε καρδιας τις ερει, και λεγοντος ακουσεται· σφοδρα γαρ ἡ Φυσις ορεγεται προς τινας εκκαλυπτειν αν ὁ ειλοιπ' γιας.

. . . .


. . . .

licet ostendamus e multis, et praeclaris commodis ex amicitia proficiscentibus nullum tale esse, quale est, si quis animi arcana aperuerit, et loquentem audierit: vehementer enim cupit natura aliquibus illud detegere, quod attulit curas.

ADNOTATIONES.

Lin. 4. *ὁτι πολλων και καλων ἐκ φιλιας κ. λ.*) Quae heic docet de una ex amicitiae utilitatibus Philodemus, haud iis absimilia sunt, quae habet Tullius *de Amic.* cap. 6. ubi ita scribit: *Quid dulcius, quam habere, quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis, aeque ac tu, ipse gauderet? Adversas vero difficile est ferre sine illo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret..... Nam et secundas res splendidiores facit amicitia, et adversas patiens, communicansque leviores.* Porro idcirco hoc loco animadvertit isthaec Auctor, quod demonstrare studet, uti e sequentibus patebit, hominibus correctione indigentibus haud esse dubitandum arcana animi vitia cum sapiente, tamquam amicorum optimo, communicare.

Lin. Adverb. *ἐπιλογιστικως* ignorant Lexicographi.



Franc Casanova dis — Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXIX.

. . . .
. . . .
. . . .
καταρχωμεθα σημερον
του και αυτας τλησαι μεν
εις εκεινου την γ' αμελη-
σιν· ὁ και των κωμικευτων
εμιμησαντο τινες εισαν-
αγαγοντες πρεσβυτας, μη
καλως μεν αποθνησκον-
τας, ελεουντας δε τους υἱ-
ους αυτων γηρασκοντας.


incipiamus hodie et ipsos *(dolores)* tolerare usque ad illius *(mortis)* contemtum: quod imitati sunt comicorum nonnulli, qui in scenam induxerunt senes, haud honeste quidem morientes, filiorum vero vicem miserantes, qui jam senescerent.

ADNOTATIONES.

Lin. 4. *καταρχωμεθα κ. τ. λ.*) Heic secundum Epicureorum placita dolorum tolerantiam, mortisque contemtum suadere videtur Auctor; simulque ostendere, stultos esse existimandos homines praesertim senes, qui morti proximi valde anguntur, ac perturbantur. Idque quorumdam comoediographorum exemplo confirmare nititur, qui in scenam illos senes inducere, atque illudere voluerunt, quibus instantis mortis metu perculsis filios jam senescentes, ideoque diem supremum brevi obituros, relinquere displicebat.

Lin. 5. *αυτας τλησαι*) Cum pronomine *αυτας* jungenda est vox *λυπας*, vel aliud simile, quod paullo ante expresserat Auctor; quo etiam pacto *το εκεινο* ad *το θανατου* referre oportet.

Lin. 7. *κωμικευτων*) Sic posse suppleri videtur vox mutila, quae in papyro legitur, licet fateamur eam a Lexicographis ignorari. At cum complura alia vocabula passim exhibeant Herculanensia volumina, quae minime in Lexicis reperies, nulla est gravis ratio, cur hujusmodi lectionem rejicere oporteat. Et sane si a *θεραπευω* factum est *θεραπευτης*, a *περιοδευω περιοδευτης*, et alia sexcenta huius generis; cur, quaeso, a verbo *κωμικευω*, vel *κωμικευομαι*, quod quidem Lexica agnoscunt, fieri non potuit *κωμικευτης*, *comicus scriptor?*



Franc. Casanova dis *Luigi Corazza inc*

FRAGMENTUM XXX.

. . . .
. . . . . . αλλ' ἡττον ε-
πιστρεφεται της ἑαυτου
βλαβης ὁ τε προσδεομε-
νος ετι πανυ των εξω-
θεν, και της απο της δια-
θεσεως ακαιοις τῳ μεν
αντιπαττομενος, τοδε
καταποδιζων · ὁ τε προς
τοις ὁμωμενων αχθεται
δε ταχ' αλλα, και . . . .


. . . . . : sed minorem sui damni habet is rationem, qui adhuc omnino alienis monitis indiget, quique ex indole huic medicinae repugnat, illam vero proculcat; et qui in his consentiens, alia vero moleste fert, et. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. ἀλλ' ἥττον κ. τ. λ.) Nonnullos ait philosophus reperiri, qui alienis monitis prorsus indigentes, ex prava indole quamvis medicinam rejiciunt; vel si eam probare videntur, ob alia indignantur.

Lin. 9. *καταποδιζων*) Hoc verbo vulgata Lexica carent.

Lin. 10. ὁμημνων) Ex elementis, quae adhuc in *αυτογραφω* visuntur, non alia vox, quam ὁμυμνων, sat probabiliter erui potuit: attamen ὁμυμνεω ex ὁμου, et ὑμνεω ortum, quod proprie *simul laudare* denotat, ex uno Philodemo habemus.



Franc. Casanova dis. — Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXXI.


. . . .
. . . .
. . . .
καν Αχαιω περιβληθω-
σι, τουτου μονον επι-
στρεφομενοι, το λεγομε-
νον δια της παρρησιας
δυσχερως προσδεχονται
και επι τουτω διαγινο-
μενω τινες ουκ εσθ' ο-
πως ουτω του ακουειν
κατ' ευνοιαν πολυω-
(ρ

. . . .
. . . .
. . . .
licet Graeco pallio sint induti, hujus quidem curam habentes, quod dicitur per libertatem moleste accipiunt: cumque id acciderit, nullo modo quidam possunt aliquid benevole audire .

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seq. Αχαιων περιβληθωσι κ. τ. λ.) Irridet eos Auctor, qui philosophi videri cupientes, Graecum tantummodo pallium gestare sat habebant, sapientia vero praecepta et monita audire detrectabant. Fortasse Romae tunc degebat, cum haec scriberet, Philodemus, nonnullosque suae aetatis nobiles adolescentes his verbis carpere volebat.

Lin. 11. του ακουειν) Articulus του hoc loco pro indefinito τις adhiberi videtur; ut propterea του ακουειν idem significet, ac τινος ακουειν, idest *aliquid audire.*



Franc Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XXXII.


. . . .

πισ' αρχομενοις πορρωθεν ιδοξεν ελθειν επι την, ει ποτε γενοιτο, νουθετησιν, ὡς αλλοι αιφνιδιοι, και παρα προσδοκιαν παντα ιασθαι δεδοκηκασι. Το δ' άπασι δηλουμενον, ὡς ωφελησεται το κνισμα δ' εκειν', ότι διαδεχεται, και καθιστησι την προκαταγνω-
(σιν

. . . .

nonnullis altius exordientibus placuit, si quando res tulerit, ad correctionem venire; sicut alii ex improviso, ac praeter exspectationem omnia sanare putarunt. Illud vero omnibus est manifestum, utilem fore eum stimulum, qui sequitur, et efficit anticipatam damnationem.

Lin. 5. τισ' αρχομεναις πορρωθεν κ. τ. λ.) Hoc loco, nisi nos fallit opinio, ea Philodemi mens fuisse videtur, sapientes in reprehendendis erratis non eodem pacto se gerere: nonnullos enim altius rem exordientes ad monendos tandem discipulos venire; alios vero corrigendo ex improviso, ac praeter exspectationem, se facile curare illos posse existimare. Quod autem addit de stimulo anticipatam condemnationem efficiente, ad hunc alterum corrigendi modum referendum potius videtur.



F. XXXIII

Franc. Casanova dis — Franc. Celentano inc

FRAGMENTUM XXXIII.


. . . .
. . . .
. . . .
. . . . μηδε την ε-
σ' αχνην ειπειν αυτου
παρα τουτο προσκοπην
και κατ' αγαπην, μηδε
καθ' ἑκαστο, ὧν λεγομεν
των δικαιων · αλλ' εφη κοσ-
μον επ' αλλων, και συν αυ-
τω δε το καλον ἑξειν ποι-
ητικον επαισθησεως . . .

. . . .
. . . .
. . . . . . nec etiam quisquilias existimare ipsius hac de re errorem, et de amore, nec de singulis, quae justa appellamus; sed ajebat decorum in aliis, ac simul honestatem caussam futuram esse, quamobrem sentiat *se errare*. . . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seq. μηδε την επ' αχνην κ. τ. λ.) De aliquo philosopho loquitur heic Noster, qui opinabatur haud valde sollicitum sapientem esse oportere, si discipulus in errore de quibusdam rebus versetur, ut de amore, et de recto et aequo; quippe quum is facilius per decora et honesta aliorum opera, quam per dicendi libertatem emendari possit. Porro αχνη est minutissimum illud, quod e spicis excussis evolat: unde ortum proverbium μηδε την αχνην, *ne pusillum quidem, ne minimum quidem.* Invenitur quoque proverbium καν αχνην, idest *vel minimum*, apud Erasmum *Chil.* I, *cent.* 10. *prov.* 10.

Lin. 12. επαισθητως.) Verbale επαισθησις in omnibus adhuc editis Lexicis minime reperitur.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXXIV.

. . . .

. . . .

. . . . το δ' επ' αλλοις υπεροπτεσθαι δεσποτικως και εξουσι πανυ, ως δ' εχουσιν αφορητον. Ισως τοδε σωζουσι ου γε χαλεπον, ει μη και . το ειθισθαι προς πολλων χαριεντιζεσθαι, και τας τιμας εχειν παρα πολλων

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . inter alia vero elatius se gerere dominorum more, existimabunt omnino, sicut et existimant intolerandum. Fortasse sapientibus non esset arduum id emendare, nisi et assuetos esse de multis salse jocari, atque honores a pluribus accipere *impedimento foret.*

ADNOTATIONES.

Lin. 7. Ισως τοδε σωζουσι κ. τ. λ.) Iis verbis docet Philodemus haud fore sapientibus (quos σωζοντας, idest *servatores*, appellat) superbos et arrogantes discipulos corrigere admodum difficile, nisi assueti hi essent salse de multis jocari, atque a pluribus honorari.

Lin. 9. ειθεισθαι in αυτογραφω pro ιθισθαι, mutato ι in ει.

Lin. 10. χαριεντιζεσθαι.) Verbum χαριεντιζεσθαι nos Lexicographorum auctoritate ducti *salse jocari* interpretandum censuimus: verum nil obstat, quominus heic pro *blandiri*, et *adulari* accipiamus; ut προς πολλων χαριεντιζεσθαι passive sumtum idem sit, ac *blanditiis a multis deliniri*, seu προς χαριν ὁμιλεισθαι, quemadmodum loquitur Noster Col. penultima hujus papyri.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XXXV.


. . . .
νουθετειν ει και μη τῳ σοφῳ, και τῳ φιλοσοφῳ παραπλησιον. Ειτα παραμεληθεν του τινος των τοιουτων ου κωλυομεν επιμεμφεσθαι · ὁδε δια την ποτε παραπτωσιν ἁπλως διαβεβλησθαι προς το συνοικημ', ουκ ορθως ἡγουμεθα. . . . . . .

. . . .
monere *aliis licet*, quamvis non similiter ac sapienti et philosopho. Deinde quod neglectum est ab horum aliquo, reprehendere haud vetamus: hunc autem ob quemcumque errorem prorsus infamari apud sodales minime rectum existimamus. . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. νουθετειν κ. τ. λ.) Innuit heic Auctor errantes non modo a sapiente ac philosopho, sed ab aliis quoque corrigi posse, qui etiam non vetantur aliquem e contubernalibus reprehendere, si quid ab illo omissum sit, modo ne apud sodales eumdem infamare ausint.

Lin. 10. συνοικημ') Ex elementis, quae adhuc in αυτογραφω supersunt, legi posse συνοικημ' videtur. Hoc autem loco συνοικημα pro ea parte domus nobilium virorum fortasse usurpatur, ubi servi simul habitabant; e quorum numero, ut alibi animadvertimus, Graeci, et Romani suorum liberorum praeceptores deligere consueverant.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XXXVI.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . και τους το δη μεν σωζεσθαι προς ευφοραν, και μεγαλην ευνοιαν εφοδιον ἡγουμενους · επει και το νεωτεροις κατα την διαθεσιν πειθαρχησαι ποιει και την νουθετησιν ενεγκειν δεξιως. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .


. . . et eos qui putant emendationem morum ad uberem et magnam benevolentiam esse instrumentum: quoniam junioribus obtemperare ex animi indole efficit etiam, ut facile perferatur monitio. . . . .

. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seq. και τους το δη μεν σωζεσθαι κ. λ.) Hoc fragmento indicari videtur, homines optima indole praeditos facile ad sapientes quamvis juniores diligendos adduci, quorum opera se vitiis purgatos sentiunt; nam qui junioribus se instituendos tradunt, eorum monitiones haud aegre ferunt.

Lin. 11. ενεγκειν pro ενεγκειν librarii oscitantia in αυτογραφῳ legitur.



Franc. Casanova dis

Franc. Celentano inc


FRAGMENTUM XXXVII.

. . . .
. . . .
. . . . . . μηδ' απο της ιδιας καταρχεσθαι βλαβης, ὡσπερ τους πλειστους των αυτων φιλολογων, μηδε σοβαρως, και επιτεταμενως παρρησιαζεσθαι, μηδε λοιδορειν, και καταβαλλειν, μηδε διασυρτικα . . . . . .

. . . .
. . . .
neque a proprio damno incipere, quod philologorum plurimi faciunt; neque arroganter et acriter libertate uti, nec conviciari, et deprimere, et probris onerare. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seq. *μηδ᾽ απο της ιδιας κ. τ. λ.*) Vult hoc loco Auctor, nimis imprudenter se gerere praeceptorem, qui acriter, et cum fastu, tum conviciando et contumeliis vexando discipulum reprehendit.




Franc. Casanova dis *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXXVIII.

. . . .
. . . .
μηδ' επισταμενῳ κα-
θολου τονῳ, μηδ' οργι-
ζομενους ὑπομιμνησ-
κοντας τι. Διοτι και αυτο
πολλακις επιτιμωμε-
νοι οισουσι, και ὑπ' αυτων
τοιουτων οισουσιν νου-
θετουμενοι · προσηκον-
τως δε παρακαλουντες

. . . .
. . . .
neque maxima generatim vocis contentione, neque iracunde castigantes. Quare ii, qui de eadem re saepe reprehenduntur, tolerabunt, atque a talibus moniti perferent; qui autem ut decet hortantur. . .

Lin. 3. μηδ' επιτεταμενῃ κ. τ. λ.) Heic rursus observat Noster praeceptorum monita, qui non iracunde, nec magna vocis contentione libertate utuntur, sed leniter discipulos castigant, aequissimo animo ab iis perferri, maximaeque eisdem esse utilitati.



ΟΥΜΕΝΟΙ
Ϲ ΟΝΕΠΕΡΙΠΤΕΙΝΚΑΛΟ
ΝΟΙϹΕΚΕΙΝΟΙϹΕΠΕ Ν
ΩϹΟΥΔΕΠΙΤΗϹΠΑΡΑ ΕΥ
ΗϹΤΩΝΑΓΑΘΩΝΚΑΙΤΟΥ
ΤΕΛΕΩϹΑΙϹΧΡΟΝΕΙΝΑ
ΤΗϹΜΕΝΤΟΥϹΩΜΑΤΟϹ
ΘΕΡΑΠ ΑϹΕΑΥΤΟΙϹΤΙϹΥΝ
ΑΝΤΙΛΑΜΒΑΝΕϹΘΑΙΚΑ
ΜΗΤΩΝΙΑΤΡΩΝΕΝΑ
Π ϹΙΝΧΡΕΙΑΝΕΠΙΔ ΙϹ
Υ ΗΠΙΡΑϹΘΑΙ

F. XXXIX

Franc. Casanova dis — Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM XXXIX.

. . . .
. . . . μεμνησθαι τοις καθηγουμενοις το πραγμα ὁλον επιρριπτειν, και μονοις εκεινοις επεχειν, ὡς ουδ' επι της παρασκευης των αγαθων και του τελεως αισχρον ειναι, της μεν του σωματος θεραπειας ἑαυτοις τι συναντιλαμβανεσθαι, και μη των ιατρων εν ἁπασιν χρειαν, επι δε της ψυχης μη πειρασθαι

. . . .
. . . . . . *meminisse oportet* praeceptoribus totum esse negotium committendum, in iisque solis acquiescendum, sicut neque in comparandis fit bonis: et omnino turpe esse, ut sanandi corporis aliquam nos ipsos curam suscipere, ac minime in omnibus medicorum opem postulare, ita et de animae curatione haud *sapientis operam* experiri.

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. μιμησθαι τοις καθηγουμενοις κ. λ.) Ea in hoc fragmento esse mens Philodemi videtur, quemadmodum scilicet turpe est homini aliquid sibi in curando corpore adrogare, nec totum se medicis committere; ita cum de purgando vitiis animo agitur, minime decere aliquam hujus rei curam a quovis suscipi, verum totum id negotium praeceptoris, ac sapientis prudentiae credi oportere.


ΙΟϹΤΟΛΩϹΤΑ ΔΙΑ
ΑϹΚΑΙΚΟΙΝΩϹΕΙ
ΛΑΤΤΩϹΕΙϹ ΕΙΓΑΡΤΗ
ΑΜΕΝΟϹΕΝΑΤΟΥΤ Ν
ΓΟΝΟΡΘΟΥΚΑΙΛ ΟΥ
ΚΑ ΥΦ ΙϹΩΤΗΗ ΜΟ
ΝΟ ΗΕΠΙΦΩΝΗ ϹΤΟΤΟΥ
ΤΟ ΙΠΟΜΕΝΟΙΟΠΑΡΕΔΩ
ΚΕΝ ΤΟΝΘΕΡΑΠΕ ΕΙΝ
Υ ΧΙΜΕΛΛΕΙΤΑΥΤΕΝ
ΕΙΤΑΙΘΕΡΑΠΕ ϹΕ
ΚΝΥΕΙΝ ΥΤΩΙΚΑ

F. XL.

Franc. Casanova dis — Franc. Celentano inc

FRAGMENTUM XL.

. . . . ανυποστολως τας διαπορίας, και κοινως ειπειν ελαττωσεις. Ει γαρ ἡγησαμενος ἑνα τουτον ὁδηγον ορθου, και λογου, και δ' ου Φως σωτηρα μονον, αλλ' επιφωνησας το, τουτου δ' εσπομενοιο, παρεδωκεν ἑαυτον θεραπευειν, πως ουχι μελλει ταυτ', εν οις δειται θεραπευσεως, δεικνυειν αυτῳ . . . . .


. . . . *aperiat* secure suas addubitationes, et, ut universe dicam, animi defectus. Si enim hunc unum rectae rationis ducem judicans, et non modo servatorem appellans, sed illud adclamans » hoc comitante » ei se tradidit curandum, quomodo haec, in quibus curatione indiget, non est eidem aperturus? . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. ανυποστολως τας διαποριας κ. λ.) Ostendit hoc loco Philodemus, minime dubitare posse discipulum suos errores, seu vitia sapienti patefacere, ut ita purgari possit et sanari, praesertim cum illum rectae viae ducem agnoverit, ac servatorem salutaverit.

Lin. 8. et seq. τουτου δ' εσπομενοιο) Haec verba, quibus ait Noster acclamatum fuisse sapienti a discipulo, ex Homero desumta sunt Iliadis lib. X. v. 246; ubi sane Diomedes Ulyssem sibi comitem deligens sic loquitur:

Τουτου δ' εσπομενοιο, και εκ πυρος αιθομενοιο
Αμφω νοστησαιμεν, επει περι οιδε νοησαι.
Hoc comitante, etiam ex igne ardenti
Ambo redierimus, quoniam est valde peritus consilii.



Franc. Casanova dis.

Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XLI.

. . . .
. . . . αλ-
λ' αναγκαιως το τι λαθραι-
οπραγειν αφιλωτατον
δηπουθεν· ὁδε μη προσ-
αναφερων φανερος εσ-
τιν περιστελλων, και ταυ-
τα των φιλων τον εξο-
χωτατον· και οφελος ου-
δεν εσται κρυπτοντος,
ου γαρ ενελαθεν. . . . . . .

. . . .
. . . . sed necessario est amicitiae maxime adversum occulte agere: is vero qui minime indicat, manifeste amicorum optimum decipit; nihilque celanti proderit, haud enim latuit. . . . . . .


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *αλλ' αναγκαιως κ. λ.*) Quae dixerat superiori fragmento Epicureus noster, magis heic ea ratione confirmat, quod scilicet discipulus, si sua vitia praeceptorem celare studeat, in amicitiae leges peccat, amicorumque optimum decipit. Atque huc profecto idem spectare voluit, cum supra fragmento XXVIII. scripsit, praecipuam amicitiae utilitatem in eo esse sitam, quod quis animi sui sensa amico aperiat, eumque loquentem audiat.

Lin. 3. et seq. *λαθραιοπραγειν*) Verbum *λαθραιοπραγειν* nunc primum a Philodemo discimus.

Lin. 7. *περιστελλων.*) To *περιστελλειν* pro *decipere* hoc loco accepimus: id enim postulare Auctoris mens videbatur. Ceterum cum eidem verbo *operiendi*, et *obvolvendi* notionem tribuant Lexica, si mavis, interpretari poteris *celare*.

Lin. 11. *ενλαθειν.*) Compositum *ελλανθανω* Lexicographis ignotum.



ΤΙΘΕΝΑ
ΤΩΝΕΙΜΙΦΙΛ ΓΥΡΟΝΗ
ΕΡΩΝΤΑ ΠΑΡΑΚΑ
ΘΑΡΕΥΣΑΙΟΠ Ν ΕΞΕΛΕΓ
ΧΟΝΤΩΝΕ ΤΑΛΛΑΠΑ
ΡΑΚΟΛΟΥΘΟΥΝΤΑ ΚΑΙΤΩΝ
ΣΥΝΗΘΩΝΔΕ ΟΛΟΙΜΗ
ΝΥΣΟΥΣΙΝΕΘΕΛΟΝΤΑΝΕΣ
ΟΥΔΑΝΑΚΡΙΝΟΝΤΟΣΤΟΥ
ΚΑΘΗΓΟΥΜΕΝΟ ΑΤΗΝ
ΚΗΔΕΜ ΜΚΑ ΚΑΘΟ
ΥΤΕΛ ΙΡ ΙΝΩΣ

Franc. Casanova del. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XLII.

. . . .
των ει μη φιλαργυρον, η
ερωντ' αυτον παρκα-
θαρευσαι λογων εξελεγ-
χοντων, εις δε τ' αλλα πα-
ρακολουθουντα · και των
συνηθων δε πολλοι μη-
νυσουσιν εθελονταιες,
ουδ' ανακρινοντος του
καθηγουμενου δια την
κηδεμονιαν και καθο-
λου τελειαν. . . . .


. . . . ipsum accusantibus, quod si minus avaritiae, certe amori deditus haud bene purgatus ratione sit, et de aliis etiam, quae his sunt conjuncta: et familiarium multi sponte detegent, minime disquirente institutore diligentia omnino perfecta. .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. *των ει μη φιλαργυρον κ. λ.*) Innuit heic Noster, nil discipulo prodesse, si sua errata praeceptori celare velit: plures enim e familiaribus illius vitia sponte aperient.

Lin. 3. et seq. *παρακκαθαρισαι.*) Compositum *παρακκαθαριειν*, *male purgari*, cunctos adhuc Lexicographos latuit.

Lin. 8. *εθελονταις.*) Adverbium *εθελονταις*, *sponte*, nisi mendum in *αυτογραφῳ* suspicari placeat, uni nostrae papyro acceptum omnino referre debemus. Ceterum nil prohibet, quominus opinemur *το εθελονταις* ex participio *εθελοντις*, et inserta particula *αν* esse factum, quemadmodum ex *ὡσει* fit *ὡσανει*.



ΑΓΑΘΩ
Η ΟΜΕΝ ΟΝ ΑΓΕ
ΝΗCΟ ΦΙΛΟ ΤΡΟΠΟΝ
ΕΙΔ ΩΝΠΩCΟΥΧΙΚΑΙ
ΤΩΝΚΑΚΩΝΩCΓΑΡΕΝΕ
ΚΕΝΕΥΦΡΟCΥΝΙ ΕΚΕΙΝΩΝ
ΟΥΤΩΚΑΙΤΟΥΤΩΝΠΡΟCΗΚΕΙ
CΥΝΠΑΘΙΑΧΑΡΙΝΔΙΗΝΒΟ
Ι ΘΟΥΜΕ ΚΑΙΓΑΡΕΙΜΕΝ
Η ΡΑΦΗCΑΝΤΑΜΕΙ
ΛΙΕΠΙΤΩΝΑΥΤΩΝΕΙΜΗ
ΘΕΝΕΞΕ CΩC ΑΝ

F. — XLIII

Franc. Casanova dis — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XLIII.

. . . . αλλα γινησομενην φιλοστοργον ει δ' αγαθων, πως ουχι και των κακων; ὡς γαρ ἐνεκεν ευφροσυνης εκεινων, ὁυτω και τουτων προσηκει συμπαθειας χαριν, δι' ἡν βοηθουμεθα. και γαρ ει μην ἡμων ηρασθησαν τ', αμειψαι επι των αυτων ει μηθεν εξεστιν ισως . . . .

. . . . sed futurum morum amantem, si bonorum, quomodo non et malorum? sicut enim ob illorum benevolentiam, ita etiam propter horum sympathiam, cujus caussa adjuvamur, id decet; etenim si nos amarunt, ipsis rependere si nihil licet pari modo. . . . .


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. αλλα γενησομενον κ. τ. λ.) In hoc fragmento, uti conjicere par est, docet Philodemus adolescentes viris bene moratis instituendos tradi oportere; neque enim raro accidit, ut magistrorum mores non modo bonos, sed pravos quoque discipuli imitandos suscipiant, praesertim cum ab illis valde diligantur. Porro haec verba non Philodemi esse videntur, sed discipulorum, quos ille ita loquentes inducit, cum se de malorum praeceptoris morum imitatione excusare conantur.

Lin. 3. φιλοτροπον). φιλοτροπος vox Lexicographis ignota.

Lin. 8. συμπαθιας χαριν). συμπαθια in αυτογραφῳ scribitur pro συμπαθεια, mutata diphthongo ει in ι, uti non semel fit.

Lin. 10. et seq. αμειψαι). Ita textum emendavimus, ubi legitur αμειναι.



Franc. Casanova del. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XLIV.

. . . .
. . . .

τινες δε προσεκκαουσιν, όταν ενεχωνται τοις αυτοις και μη φιλουσι, μηδ' ειδοσι διορθουν, μηδε πειθουσι τους πολυ κρειττους, αντι του καθαρευοντι, στεργοντι, και κρειττονι, και γινωσκοντι θεραπευειν αντιμεταδουν, ιν' απ' αριστου επιχειρη καλλιστα κομιζεσθαι.


. . . .
. . . .

nonnulli vero ad iram incitant, dum iis subjiciuntur, qui non amant, neque emendare sciunt, nec longe melioribus persuadere possunt; cum rursus oporteat viro purgato, et amanti, et meliori, et curare scienti adolescentem potius tradere, ut ab optimo studeat pulcherrima referre.

ADNOTATIONES.

Lin. 5. *τινες προσεκκαλουσιν κ. τ. λ.*). Vult hoc loco Auctor, adolescentium institutioni non modo bonis praeditos moribus, sed benevolos quoque, ac vitiosas animi affectiones sanandi peritos praeceptores esse destinandos.

Lin. 11. et seq. *αντιμεταδωναι*). Ita emendandum, et supplendum censemus, quod in *αυτογραφῳ* legitur *αντιμεταδ*, ut *αντιμεταδωναι* sit infinitum a duabus voculis *αντι τι* paullo ante positis rectum. Quod si papyri lectionem retinere malis, et pro *αντιμεταδωναι* magis placeat legere *αντιμεταδοτο*, ita ea verba *αντι του καθαρμοντι.... αντιμεταδοτο* interpretari poteris, *propterea viro purgato* etc. *vicissim traditus est*; ut nempe innuat Philodemus, quemdam patremfamilias, qui minime ignorabat iuvenes in praeceptores non amantes, nec corrigere scientes male affectos esse solere, filium suum magistro benevolo, et sanare scienti bonis imbuendum moribus tradidisse. Heic autem et illud addere necesse est, decompositum *αντιμεταδιδωμι* a cunctis Lexicographis adhuc ignorari.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XLV.


. . . .
. . . .
. . . . μι-
τα πολλης πεπαιθησεως
αλλους νουθετησομεν,
και νυν και διαπρεψαν-
τες οἱ καθ' ἀυτων οὑτως
αποτομοι γινηθεντες·
και το συνεχον, και κυρι-
ωτατον, Επικουρῳ, κα-
θ' ὁν ζην 'ηρημεθα, πει-
θαρχησομεν . . . . . .

. . . .
. . . .
. . . . Nos multa cum fiducia alios admonebimus, qui hoc etiam tempore exsplendescimus, adversus nos ipsos ita severi: et quod huc accedit, ac potissimum est, Epicuro, ex cujus doctrina vivere constituimus, obtemperabimus.

ADNOTATIONES.

Lin. 5. et seq. μετα πολλης πεποιθησεως κ. λ.) Commendat in hoc fragmento Auctor suae disciplinae homines, illosque ait sua quoque aetate vitae integritate insignes aliorum mores multa cum fiducia esse emendaturos, ac nunquam Epicuri placita sequi destituros.






Franc. Casanova dis. — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XLVI.

. . . .
. . . .
. . . . Ει τα ὑποπτευομενα περι του σοφου, και κοινως του καθηγουμενου καθαρσεως δειται, πως γαρ μισειν τον ἁμαρτανοντα μη απογνωστιμα μελλει, γινωσκων ἀυτον ουκ οντα τελεον; . . . .

. . . .
. . . .
. . . . Si quae suspicionem pariunt de sapiente, ac generatim de institutore, purgatione indigent, quonam pacto odio habebit errantem, cujus de salute haud est desperandum, sentiens se non esse perfectum? . .

Lin. 3. et seqq. Ει *τα ὑποπτευομενα περι του σοφου κ. λ.*) Demonstratur heic, nil esse quod metuat discipulus, ne odii caussa ab institutore objurgetur, praesertim si ipse sapiens vitiis non careat.



C. XLVII

Franc. Casanova del. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XLVII.


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

αλλα διος, μη επι σιγη τοιαυτα λανθανη δ' ήμας· διο συμφερει τα δισταζομενα μεταδιδοναι . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

sed metuendum est, ne talia nobis ob silentium lateant: quare expedit ea, de qnibus dubitationes occurrunt, communicare. . . . . . .

Lin. 5. αλλα διος, μη επι σιγη κ. λ.) Docet Noster non solum ea, quae manifesta vitia censentur, sed illa quoque, de quibus dubitatur, an sint errata, cum sapiente esse communicanda.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.


FRAGMENTUM XLVIII.

. . . . ου παρρησιαζεσθαι δ' ηρημεθ' αμετρως, ουτ' επι φιδησεως του λαλειν ὑπερ του παθους, ωσπερ ενιοι ποιουσι των σοφων τωνδ', ου καν τα λεγωσι την μοιραν τινες, ὁμοιον τ' ειπειν ὑπο πασσωσι συνδειπνουντας, και δε τ' αξιολογα και της διαθεσεως . . . .

. . . . haud libertate uti statuimus immoderate, neque ex parsimonia loquendi de cupiditate, ut nonnulli faciunt horum sapientum, licet ista fatum dicant quidam, et quid simile dicere jubeant convivantes, quin etiam praeclarae indolis indicia. . . . .

Lin. 1. et seqq. ου παρρησιαζεσθαι δ' ἠρτμεθ' αμετρως τ. λ.). Landat heic Philodemus suae disciplinae philosophos, quod pravas discipulorum cupiditates libere reprehenderent; quod sane nonnulli sapientes facere minime audebant, et quidam alii eas appellare fatum, quin et praeclarae indolis indicia non verebantur.

Lin. 5. et seq. φιδησιως). Vox φιδησις nullo exhibetur Lexico.




F. XLIX.

Franc. Casanova dis. *Franc. Colentano inc.*

FRAGMENTUM XLIX.

. . . .
. . . .
. . . Χα . . . . επαινεισθαι τον Ηρακλειδην, ότι τας εκ των εμφανωμενων μεμψεις ήττους τιθεμενος της ωφελειας αυτων, εμηνυεν Επικουρω τας άμαρτιας · και Πολυαινος δε τοιουτος ην, ός γε και ακριβειν δ', ου ῥαθυμουν . ευχει τα προς Επικουρον. . . .




. . . .
. . . . laudari Heraclidem, quod querelas de rebus patefactis minoris earum utilitate aestimans, Epicuro errata indicavit: et Polyaenus is erat, qui diligenter conficeret, atque haud negligeret ea, quae ad Epicurum pertinebant. . . . .

Lin. 4. Ἡρακλειδην). Ex elementis huius vocis, quae adhuc exstant in αυτογραφω, sat probabili ratione Ἡρακλειδην legi posse opinamur: hic autem Heraclides inter discipulos et familiares Epicuri recensendus videtur, cui profecto, ut tradit Noster, Polyaeni errata indicavit; licet nulla ejus apud veteres reperiatur mentio.

Lin. 5. εμφανουμενων). Verbum εμφανοω, unde descendit εμφανουμενων, Lexicographis est ignotum; nisi tamen quis suspectam habens hanc papyri lectionem, legendum potius εμφαινομενων arbitretur.

Lin. 7. ωφελειας). In papyro pro ωφελειας scriptum ωφελιας invenitur.



Franc. Casanova dis — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM L.

. . . . αλλα και την δυσωπιαν ἡμας περισταναι · διαβολον τε γαρ ουχ ἡγησεται τον επιθυμουντα τον φιλον τυχειν διορθωσεως, ὁταν μη τοιουτος ῃ τις, αλλα φιλοφιλον · την γαρ διαφοραν ακριβως επισταται την εν τουτοις, εαν δε μη μεταδιδῳ κακοφιλον και φιλοκακον. . . . .


. . . . verum et verecundiam nobis inesse: neque enim calumniatorem eum putabit, qui cupit amicum corrigi, cum talis non sit, sed amici amantem; nam optime discrimen novit, quod inter hos intercedit, nisi eumdem accipiat ut malum amicum, et malorum amicum. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. περιιστανει). In αυτογραφῳ legitur περιστανει.

Lin. 3. διαβολον τε κ. λ.) Ostendit heic Philodemus, temere existimari a discipulis calumniatorem magistrum, qui eos de erratis admonere studet, cum potius habendus sit amicorum amicus, quippe qui ipsos emendari cupiat.

Lin. 11. μεταδιδῳ). Verbum μεταδιδωμι proprie denotat *partem do*, *participem* facio: at heic videtur μεταδιδοναι κακοφιλον idem esse, ac *impertiri nomen mali amici*.



Franc Casanova dis. Luigi Corazza inc


FRAGMENTUM LI.

. . . . μαλλον ἁμα και θεωρων ἡμας και ἑαυτων γινομενους κατηγορους, ὁταν τι διαμαρτανωμεν. Τοδε τους πλειονας ὑποφειδεσθαι ποιουν, μη και αυτοι διαβληθωσιν, ὁυς χρη καθαπτεσθαι του φρονουντος κακως . . . .

. . . . magis simul ac nos videt nostrummet etiam ipsorum accusatores, cum aliquid peccamus. Id vero facit, ut plures a semet accusando abstineant, ne et ipsi infamia notentur, quos castigare insolenter se gerentes oportet. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *μαλλον ἀμα και θεωρων ἡμας κ. λ.*) Heic illorum sapientum rationem probare Auctor videtur, qui coram discipulis errata sua fateri non dubitant; tametsi addat plures a semet accusando abstinere: fit enim plerumque, ut eos contemnant discipuli, neque ipsorum monita sequi in animum inducant.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM LII.


. . . . . . αλλα μη την ισην μετρουντες, ινα θηριωσωμεν προς αυτους, ου γαρ περι υιους, ουδε περι νεωτερους γινεται ταυτα· μηδε τοις καθηγηταις προστροχαζοντες, ινα δοκωμεν αυτοις ευνουν, ἁ τις ειρηκεν κατ' αυτων, η περι μεν απαγγελλοντες, και ταυτα κατα συνηθων, μηδε . . . .

. . . . . . sed minime par pari referentes, ut in ipsos saeviamus; isthaec enim adversus filios, et pueros haud fiunt: neque ad paedagogos cursitantes, ut illis benevoli videamur, quae quis contra eos, aut de iis locutus fuerit, nunciantes, ac praesertim contra familiares, neque. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. *αλλα μη την ισην μετρουντες κ. λ.*) Illos sapientes reprehendit Philodemus, qui adolescentes asperius tractant; vel a paedagogis gratiam inire cupientes, eos saepe adeunt, quaecumque adversus ipsos quis dixerit, nunciantes.

Lin. 7. *προστροχαζοντες*). Compositum *προστροχαζω*, *accurro*, in vulgatis Lexicis minime reperitur.


ΕΝΔ ΤΟΕΙ
ΡΑΚΑΤΑ ΡΟΓ ΣΥΛΛΟΓΙ
ΙΖΟΜΕΘΑ ΕΙΚΑΙΠΡΟΣΤΟΥΣ
ΣΥΝΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΟΜΕΝΟΥΣ
ΤΑΕΑΥΤΩΝΚΑΙΤΑΑΛΛΗΥ
ΛΩΝΠΡΟΟΙΣΟΝΤΑΙ ΠΡΟΣ
ΤΟΙΝΥΝΤΟΥΣΣΥΝΚΑΤΑΣΚΕΥ
ΑΖΟΜΕΝΟΥΣΛΕΓΕΙΝΤΑ
ΙΔΙΑΣΑΓΝΟ.ΑΣΕΥΛΑΒΩ
ΕΚΤΕΟΝΕΝΙΟΙ ΑΡΟΥΤΩ
ΦΕΛΗΣΟΥΣΙΒΛ ΟΥΣΕΣΤΕ
ΡΗΜΕΝΟΙΣΥ ΣΣΕΩΣΤΑΧΑ

F. LIII

Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM LIII.

. . . . ουδεν δ' ωφελει το, ει αρα κατα τροπον συλλογιζομεθα, ει και προς τους συγκατασκευαζομενους τα ἑαυτων, και τα αλληλων προοιτονται. Προς τοινυν τους συγκατασκευαζομενους λεγειν τας ιδιας αγνοιας ευλαβως ἑκτεον· ενιοι γαρ ουτ' ωφελησουσι βαθους εστερημενοι συνεσεως ταχα

. . . . nil prodest, si profecto accurate et diligenter rem expendamus, iis, qui simul instituuntur, errata propria, atque aliorum invicem aperire. Ne igitur iis, qui simul instituuntur, propria errata patefaciant, maxime cavendum; neque enim quidam utilitatem afferent, profundo judicio destituti fortasse.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. ουδεν δ᾽ ωφελει το, ϰ. τ. λ.) Denuo heic inculcat Epicureus philosophus, quod paullo ante docuerat, maxime a praeceptoribus cavendum esse, ne suos errores discipulis aperiant; siquidem et ipsi despicatui habentur, et nullam illis utilitatem afferunt.


Δ
ΟΤΗΤΑ ΝΚΑΙCΤΟΡ
ΓΗΝΓ ΟCΗΜΑCΤΗΝΔΙΗC
ΙΔΕΙΝΕΙΑΝΟΥΠΡΟCΦΕΡΟ
ΜΕΝΟΙC ΕΝ ΤΕΓΑ
ΤΟΙΜΑΛΛΟΝΩ ΕΛΟ
ΤΩΝΕΝΤΩΙΛΟΓΩΡ
ΚΩΝΚΑΙΘΑΤΤΟΝΑΝ
ΡΑΓΕΙΗCΑΝΗΤΙΠΡΟC Α
ΤΩΝΟΥΔΕΟΝΤΩΝΕΚ
ΛΥΧΑΙ Υ ΜΟΙΩ
ΠΕΡΙΤΩΝCΥΝ
ΝΩΝΤ ΙCCΥΝ

Franc Casanova dis   Franc Celentano inc.

FRAGMENTUM LIV.

. . . . και στοργην προς ἡμας τηνδ', οἱας ιδειν ειαν, ου προσφερομενοις. Ενιοτε γαρ ουτοι μαλλον ωφελουσι των εν τω λογω ρυθμικων, και θαττον αν διαρραγειησαν, η τι προσθειμα των ου διοντων εκ πολυχαρους ὁμοιωσιας. . . .


. . . . et amorem erga nos talem, » qualis videre *licet* vim », non ostendentibus. Interdum enim non magis prosunt, quam qui in dicendo rhythmum sectantur, et citius dirumperentur, quam aliquod adjunctum haud necessarium ob valde gratam similitudinem *omitterent*. . . . . .

Lin. 2. et seqq. και στοργην προς ἡμας κ. λ.) Obscurius hoc fragmentum : verum si conjecturae detur locus, videtur Auctor idem, de quo superiori fragmento, argumentum persequi. Nimirum ostendit sapientes sua errata confitentes haud eamdem, quam ipsi praestant, a discipulis benevolentiam exspectare posse, nec magis sic agendo prodesse, quam qui rhythmum in oratione studiosius consectantur.

Lin. 2. et seq. ὁιης ιδιαν ιναν) Verba isthaec, uti patet, non sunt Epicurei nostri, sed ab aliquo Poeta fortasse petita, quod eum fecisse non semel supra vidimus, nisi quod ιναν, *vim*, pro ιαν scripsit amanuensis : quemadmodum Col. VII. hujus papyri ακριϐειν pro ακριϐειαν scriptum invenimus, et alibi vicissim ωφελιας, et συμπαθιαν pro ωφελειας, et συμπαθειαν.

Lin. 7. et seq. ῥυθμικοι) *Rhythmici* a Nostro dicuntur, qui studiosius ῥυθμον, idest numerum oratorium, de quo Tullius in *Orat.* et Quintil. lib. IX. in dicendo sequuntur.

Lin. 10. et seq. πολυχαρους) Πολυχαρης heic passive sumitur, ut αχαρες, *res tristis*, apud Hesychium.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM LV.

. . . . τα περι αυτους επι των κατασκευαζομενων τιθεσθαι παρ' Επικουρῳ και χαριν διορθωσεως. Ου μην αλλ', ει τῳ φιλον, λεγεσθω, διοτι των μεν εξ αφροσυνης ἁμαρτηματων χαριν διορθωσεως ὁ παντος αρχευων ουδ' αν, ουδεν αν προσενεγκῃ;


. . . . bona ad ipsos e numero discipulorum apud Epicurum deponi velut correctionis mercedem. Verum, si cui placeat, hoc dicatur: cur peccatis ex stultitia admissis solutus nullam omnino ob emendationem gratiam referret Universi dominator?

Lin. 2. et seqq. *τα περι αυτους κ. λ.*) Hoc loco Noster Epicuri adversariis respondet, qui illum eo nomine accusabant, quod a suis discipulis et amicis, quibuscum una domo simul vivebat, cuncta e propriis bonis ad alendam familiam suppeditari vellet; ostenditque jure Epicuro licuisse ab iis, quos instituens ab erroribus liberabat, emendationis mercedem postulare. Ceterum quod ad communicata Epicuri sectatorum bona spectat, id tum ex iis, quae de Polystrato, et Hippoclide lib. 1. cap. 8. narrat Valerius Maximus, tum praesertim ex ipso Epicuri testamento apud Laërtium illustrari potest.

Lin. 7. λεγεσθω) In *αυτογραφῳ* perperam λεγεσθῳ cum diphthongo ῳ reperitur scriptum.

Lin. 10. et seq. *ὁ παντος αρχων*) Ὁ *παντος αρχων*, *Universo imperans*, *ειρωνικως* appellatur sapiens: ita enim Stoicos, quos valde est credibile, id quod supra diximus, vitio Epicuro vertisse, illudit Philodemus. Et sane hi philosophi solum sapientem existimabant esse liberum, divitem, nobilem, ac regem quoque; praeterea omnes artes ac scientias callere, et alia praedicabant, quae magna ex parte relata sunt et refutata a Plutarcho in *De Stoicorum absurdis*. Hinc Horatius Stoicum sic salse deridet *Sat.* 3. lib. I.

.... si dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, et solus formosus, et est rex,
Cur optas, quod habes?




Franc. Casanova dis. — *Luigi Corazza inc*

FRAGMENTUM LVI.

. . . . ουχ ἡμιν δοκει διαπταιεσθαι προειλημμενοις τε κατα λογισμον τελειοτητα, και φρονησεως · καθο δε και το μη τυχειν του τελους, και το παρελθειν εκ των ου δυναμενων δια παντος ανθρωπω φυλαχθηναι, διαπταιεσθαι και εν παρ(ῥησια)

. . . . non videtur nobis erraturus in iis, quae anteceptam habent notionem ex perfecta ratiocinatione et prudentia. Verum quemadmodum non assequi finem *possumus*, illumque praetergredi ob ea quae ab homine omnino vitari nequeunt, ita et in libertate dicendi errare *contingit.*

Lin. 5. et seqq. ουχ ἡμιν δοκει διαπτεσθαι κ. λ.) In hoc, et aliis fragmentis, quae sequuntur, id videtur Auctori esse propositum, ut ostendat aliquando nocere potius quam prodesse correctionem, cum scilicet vel intempestive et temere adhibetur, vel cum asperitate est conjuncta; nec propterea semper reprehensione dignum esse praeceptorem, cum facile sit in hujusmodi re decipi et falli.


Α
Θ
ΚΑΤΕΙΛΗΦΗ ΕΙ ΤΑΣ
Η ΚΑΤΑ ΕΤΟΥΣΚΑ ΙΑΙΣ
ΤΙΣΙΝΑΛΛΑ ΗΜΕΙΩΣΑ
ΜΕΝΟΝΕΥΛΟΓΙΣΤΑΔΕΣΤΟ
ΧΑΣΤΑΜΗΔΙΑΠΑΝΤΑ
Τ ΒΑΙΝΕΙΝΟΙΑΚΑΤΗΛΠΙΣ
ΘΗΚ ΝΑΚΡΩΣΕΚΤΩ ΙΚΟ
ΤΩΝΣΥΝΤΙΘΗΤΑΙΤΑΤΗΣ
ΕΥΛΟΤΙΑ ΕΚΑΥΘΕ
ΟΜΟΛΟΓΗΣΑΙΔΙΟΤΙΛΟΓΟΣ
ΑΙΡΕΙΚΑΤΕΝΧΕΙΡΕΙΝ ΚΑΙ

F. LVII


Franc. Casanova dis — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LVII.

. . . . επιτιμαν, καν ου κατειληφη ερωντας, η κατασχετους κακιαις τισιν, αλλα σημειωσαμενον · ευλογιστα δε στοχαστα μη δια παντα αποβαινειν, ὁια καθηλπισθη, καν ακρως εκ των εικοτων συντιθηται τα της ευλογιας, αυθι γε κ' αυθ' εστιν ὁμολογησαι. Διοτι λογος ἁιρει κατεγχειρειν . . . . . .

. . . . . . reprehendere, licet non compererit amantes, vel aliquibus vitiis implicatos, sed indiciis utentem: conjecturas autem rationi congruentes haud omnino evenire, quemadmodum spes facta est, quamvis e verisimilibus argumentis sint ortae, identidem fateri oportet. Quare ratio suadet conari . . . . . .

Lin. 12. *κατεγχειρεῖν*) Decompositum *κατεγχειρέω*, quod *curare*, *conari* significat, usque adhuc nulli Lexicographo innotuit.



Franc. Casanova dis — Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LVIII.


. . . . ὁθεν ὡς οργιζεται δι' αυτο π' αιτιασθαι προς τινων οργισθηναι, και παρρησιασεται δια το ποιησαι παρρησιασασθαι προς αυτους ουκ ολιγακις δε κατα μεικτον τροπον δια παρρησιας γινομενης. Επιστησειε δ' αν τις, ει δυναμενου βελτιονος μειωθηναι δια μακροτητα χρονου, φοβουμενος, μη τι μεγα συμβη

. . . . Quare sicut irascitur, ut queratur se a nonnullis ad iram incitatum fuisse, etiam libere loquetur ad efficiendum, ut alii libertate adversus illos utantur, non raro misto modo per eam libertatem. Considerare autem quis posset, an cum melior fieri deterior queat ob temporis diuturnitatem, verens ne quid magnum eveniat

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. ὅθεν ὡς οργιζεται κ. τ. λ.) Ut ex hoc fragmento conjicere datur, innuit Noster, interdum sapientem se iratum ostendere, non quod reapse ira percitus sit, sed ut de discipulorum erratis conqueratur, eosque diligentiores in iis cavendis efficiat: quandoque etiam addit ipsum discipulos acrius objurgare, ut alii quoque eadem libertate utentes illos ad se emendandos facilius perducant.

Lin. 7. pro ολιγακις amanuensis scripsit ολιακις manifesto errore: eademque linea legitur μικτον pro μικτον, sicut supra pro ιαν scriptum ειαν vidimus. Nec porro omittendum, ab oscitante librario litteram κ perperam sejunctam fuisse ab extrema lineae praecedentis voce, atque huius initio collocatam.



F. LIX


Franc. Casanova del. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LIX.

. . . .
. . . . . Εστι δ' οτε και φιλοσοφιας αποστησεται, ταχα δε που και μισησει τον σοφον · ενιοτε δ' υποισει μεν, ουδεν δ' ωφεληθησεται, διαλαβοντος ωφεληθησεσθαι. Και ταυτα συμπεσειται, φημι, δια πολλας αιτιας · η γαρ ασθενεις οντες, η γενομενοι δ' ανηλθοι υπο της παρρησιας

. . . .
. . . . . Aliquando autem philosophiam deseret, et fortasse sapientem odio habebit: interdum vero feret quidem, at nullam capiet utilitatem, existimante *sapiente*, eum utilitate affectum iri. Atque haec evenient, inquam, multis de caussis: nam vel infirmi, vel facti insanabiles ob reprehensionem

Lin. 2. et seqq. Εστι δ' ὁτε και φιλοσοφιας κ. λ.) Docet heic Epicureus noster aliquando discipulos minime perferentes sapientis objurgationem a philosophia desciscere, imo fortasse iis in odium venire ipsum sapientem; aliquando vero haud aegre correctionem ferre, nihilo tamen inde meliores fieri.



Franc. Casanova dis Franc Celentano inc.

FRAGMENTUM LX.

. . . .

και κατηξιωσαν μεν τοι παρρησιαζεσθαι προς τους τοιουτους και δια δε της πικρας παρρησιας, ὁμοιοτητα προς την λοιδοριαν εχουσης, ὡς λοιδορουμενοι και απο δυσνοιας. Πολλους δε και γοητες ανθρωποι μετα την αναστασιν εκλαβοντες αποδιαστρεφουσι ποικιλαις φιλοφροσυναις καταπαισαντες


. . . .

et judicarunt profecto libertatem esse adhibendam adversus tales per asperam castigationem, maledicto similem, velut conviciantes ex malevolentia. Multos autem, postquam insolentes evaserunt, homines praestigiatores complectentes pervertunt, variis blanditiis illudentes

Lin. 9. γοητες). Γοητας appellat Philodemus falsi nominis sapientes, qui indociles et arrogantes adolescentes instituendos suscipiunt, eorumque mores suis blanditiis, et praestigiis magis pervertunt.

Lin. 11. εκλαβοντες). In αυτογραφω pro εκλαβοντες scribitur εγλαβοντες.

Lin. 11. et seq. αποδιαστρεφουσι). Decompositum αποδιαστρεφω nullum exhibet Lexicon.



ΕΛΥ ΗϹΕ
ΤΟΝΝΟ ΘΕ ΟΥΜΕΝΟΝΑ
ΝΩϹΤΩϹΤΟΙϹΠΕΛΑϹΔΙΑ
ΚΑΙΜΗΔΑΝΙ ΑΡΩϹΕ
ΟΙϹΕΝΕΚΑ ΗϹΦΑϹ ϹΟΔΥ
ΝΑϹΘΑΙ ΝΙΟΤΕΔΑΝΑΥ
ΠΛΑϹΘΕΝΕΝΤΥΧΗΜΑΠΟΛ
ΛΑΚΙϹΔΕΚΑΙΦΑΝΕΙ ΟΝ Λ
ΛΟΙϹΓΕΝΟ ΙΕΝΟΝΕΛΑ
ΝΚΑΘΗ ΥΜΕΝΟΝ ΕΙ
ΜΗΤΟΥΚΑΠΡΟϹΩΠΟΝΔΙ
ΛΗϹΕΤΑΙϹΥΝΠΑΡΑΛΗΦΘΕΝ

F. LXI

Franc. Casanova dis — *Franc. Celentano inc*


FRAGMENTUM LXI.

. . . . ελυπησε
τον νουθετουμενον α-
γνωστως τοις πελας δια
τ. και μηδ' αν ιλαρως ευ-
θεις ενεκα της φασεως οδυ-
νασθαι. Ενιοτε δ' ανα-
πλασθεν εντυχημα, πολ-
λακις δε και φανερον αλ-
λοις γενομενον, ελαθεν
τον καθηγουμενον. Ει
μην ουκ απροσωπον δι-
αληπεται συμπαραληφθεν

. . . . dolore affecit monitum, proximis inscientibus, eo quod neque is, qui hilariter monitus est, continuo rumoris caussa doleat. Aliquando autem factum aliquod esse fictum, saepe et aliis manifestum, latuit institutori. Si profecto haud esse turpe factum simul acceptum ignoraverit

Lin. 1. et seqq. ελυπησε τον νουθετουμενον αγνωστως κ. λ.) Hisce verbis ea videtur subjecta sententia, sapientem, qui discipulum monet iratus, etsi non palam, sed clam proximis, tristitia tamen illum afficere; quod sane non fieret, si leniter et clementer reprehenderet. Addit quoque Noster, interdum fictum aliquod crimen a sapiente verum existimari, atque idcirco discipulum objurgare.

Lin. 7. εντυχημα) Verbale εντυχημα ab εντυγχανω profectum in nullo adhuc Lexico legitur.




Franz. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXII.

. . . .
. . . . η χλευαζειν,
η τι πασχειν των το υ-
τ. ν · ..ανα. δε κ. ι τ. δ.-
κειν αλ.ο. δι' αυτων ὥσ-
περ ευκαταφρονητων δι-
ορθουσθαι · ει μη και το παρ-
ῥησιασασθαι ποτε τον σο-
φον, ουδεν αυτων ἡμαρ-
τηκοτων, παραλογισθεν-
τα . . . .

. . . .
. . . . vel irridere, vel quid simile facere; hoc etiam dicere, inutile videri per ipsos tanquam contemnendos corrigi: sed et hoc quoque, sapientem aliquando deceptum objurgandi libertate uti. . .

Lin. 2. et seqq. η χλευαζειν, η τι πασχειν των τοιουτων κ. λ.) De discipulis heic agitur, qui sapientem contemnunt, et irrident ea maxime de caussa, quod de iis quandoque accusat, quae minime peccarunt.




Casanova dis — Franc Celentano inc.

FRAGMENTUM LXIII.

. . . .
. . . .
παραπλησιον γαρ εστιν ωσ-
περ ει τις ιατρος ὑπολαβων
δια σημειων ευλογων
προσδεισθαι τουτον τινα
κενωματος, ειτα διαπε-
σων εν τη σημειωσει μη-
δεποτε παλι κενωσαι του-
τον αλλη νοσῳ συνεχομε-
νον · ὁσγε τοι και δι' αυ-
το τουτο παλι παῤῥησι-
αζεται)

. . . .
. . . .
perinde enim est hoc, ac si quis medicus putans per signa rationi consentanea indigere aliquem alvi purgatione, deinde in signorum observatione errans, nequaquam denuo hunc alio morbo laborantem purgare velit: qui profecto ob idipsum rursus libertate utetur. . .

Lin. 5. et seqq. *παραπλησιον γαρ εστιν κ. τ. λ.*) Demonstrat Auctor medici exemplo sapientem, si quando erraverit reprehensione usus intempestiva et inopportuna, haud propterea ab ea in posterum adhibenda se abstinere omnino debere.


ΛΙΜΙ ΔΕΝ ϹΠΑΛΙΧΡΗ
ΕΤΑΙΠΡΟ ΟΝ ΤΟΝ ΕΙΘΗ
ΜΑΡΤΗΚΩϹΟΥΧΥΠΗΚΟΥϹΕ
ΤΗϹΠΑΡΡΗϹΙΑϹΠΑΛΙΠΑΡΡΗ
ϹΙΑϹΕΤΑΙ ΚΑΙΓΑΡΙΑΤΡΟϹΕ
ΗϹΑΥΤΗϹΝΟϹΟΥΔΙΑΚΛΥ
ΡΟϹΟΥΔΕΝΠΕΡΑΝΑϹΠΑΝ
ΝΟΙ ΚΑΙΔΙΑΤΟΥΤΟΠΑΡ
ΑΡΡΗϹΙΑϹΕΤΑΙΔΙΟΤ ΠΡΟ
ΤΕΡΟΝΟΥΛΕΝΗΝΥϹΕΚΑΙ
ΠΑΛΙΠΟΙϹΕΙΤΟΥΤΟΚΑΙΠΑ
ΛΙΝΙΝΕΙΑ ΗΝΥΝΑΛΛΑΝΥΝ

F. LXIV


Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LXIV.

. . . . παλι χρησεται προς τον, η τον, ειθ' ήμαρτηκως ουχ ὑπηκουσε της παρρησιας, παλι παρρησιασεται · και γαρ ιατρος επι δε της αυτης νοσου δια κλυστηρος ουδεν περανας παλ' αυτο ναι. Και δια τουτο παλι παρρησιασεται, διοτι προτερον ουδεν ηνυσε, και παλι ποιησει τουτο, και παλιν, ἱν ει μη νυν, αλλα νυν

. . . . rursus utetur *libertate* adversus hunc, vel illum, ac si postquam peccaverit, monitioni non paruit, iterum monebit; etenim medicus in eodem morbo per clysterem nihil efficiens, iterum idem praescribit. Atque ob id iterum libertate utetur, propterea quod antea nihil adsecutus est, et rursus id faciet, ut si minus nunc prosit, nunc certe *in mentem redeat monitio*. . . . .

Lin. 2. et seqq. παλι χρησιται κ. τ. λ.) Epicureus noster docet medicinae quoque exemplo in hoc, et sequentibus tribus fragmentis, nunquam a correctione esse desistendum, etiamsi nihil per eam adsequi potuerit sapiens: neque enim raro contingit, ut monitus aliquoties contumax et reluctans, tandem resipiscat, ac monitioni obtemperare statuat.



Franc. Casanova dis.

Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM LXV.

. . . .
. . . .
Πολλακι δ' αντιστροφως,
ποτε δε και ποησας η εξ αυ-
της προτερον, η δευτερα,
ταχα δη τριτη τελεσφορη-
σει · και ποτε του παθους
ακμαζοντος απειθησας,
νυν ανεντος μετακληθη-
σεται, και δια τουτ' απειθη-
σας, ὅτι προσβαλλει δ' ου λη-
σεσθαι παναιτια ψευσθεις

. . . .
. . . .
Saepe *audiet* repugnanter, aliquando vero obtemperans vel ex ipsa die primum, vel altera, fortasse quidem tertia fructum afferet; et tunc cupiditate vigente non obediens, nunc ea remissa morem geret, ac propterea non obediens, quod objicit manifestam rem fore, *sapientem* omni ratione deceptum esse

Lin. 9. et seq. μεταχληθησεται). Μεταχαλεω proprie significat *arcessere*, *revocare:* hoc autem loco μεταχαλεομαι passive sumtum denotat *revocari ad officium*, *ad se redire*, *resipiscere*.

Lin. 12. πανκιτιᾳ). E litteris adhuc in αυτογραφῳ exstantibus non alia vox erui posse probabilius visa est, nisi πανaιτιᾳ, licet ea nullo in Lexico deprehendatur. Verum sicut ex παν et οικος adverbium factum est πανοικι *cum tota domo;* itemque ex παν et στρατια aliud prodiit adverbium πανστρατιᾳ *cum toto exercitu:* ita nil mirum ex παν et αιτια *caussa*, *ratio* profectum esse adverbium πανaιτιᾳ *omni ratione*.




Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LXVI.

. . . .
. . . . . . ὑστερον δ' απαγορευσας πειθαρχησει ταις νουθετειαις · και τοτε συνεχομενος τοις εκχαυνουσι παθεσιν, η κοινως αντικρουουσιν, ειτα κουφισθεις ὑπακουσεται · και τοτε τυχων των διαστρεφοντων, νυν ου τευξεται · και προτερον ἁμα δοιαζων, και τουτο πλανωδως ου πεποηκεν, ὑστερον φωραθεις

. . . .
. . . . deindo animum despondens monitis parebit; et tunc pressus cupiditatibus tumefacientibus, vel generatim resistentibus *non paruit*, deinde ab iis liber obediet; et tunc nactus corruptores, nunc haud nanciscetur; et primum simul dubitans, atque errans hoc non fecit, deinde deprehensus.

Lin. 12. πλανωδως). Ex nomine πλανώδης *errans*, quod in recentiore Londinensi H. Stephani Lexico reperitur, adverbium factum est πλανωδως; quo tamen cuncta ad id tempus Lexica carent.



F. LXVII

Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LXVII.


. . . .

ἁμα και την συνοιδησιν επιταθησομενην ούτως, την τ' εκ των αλλων και αυτων τη προσκαρτερησει συνειδησαντων, ελαττωθησομενην δ', εαν ταχεως αποτρεπηται της του διαπιπτοντος βοηθειας, ει και προς τους μη φεροντας παρρησιαν παρρησιασεται, και . . . .

. . . .

simul et *considerans* conscientiam *peccati* hoc pacto augendam esse, atque etiam ob alios et ipsos perseverantiae conscios, minuendam vero esse, si statim ab adjuvando peccantem deterreatur, libere loquetur quamvis adversus eos, qui libertatem loquendi minime perferunt, et. . . . .

Lin. 3. et seqq. *ἅμα καὶ τὴν συνοίδησιν ἐπιταθησομένην κ. λ.*) Observat Philodemus, per monitionem nunquam intermissam augeri peccantium conscientiam, idest magis magisque suorum peccatorum conscientia homines torqueri et cruciari, praesertim cum alii assiduae objurgationis sint conscii: qua ex re colligit semper adversus vitia libertate utendum.



Franc Casanova dis — *Luigi Corazza inc.*


FRAGMENTUM LXVIII.

. . . .
. . . ποικιλης τε φιλοτεχνιας ουσης, οιαν επισημηναμεθα, και της κεραννυμενης δαψιλεσι τοις επαινοις, και προτρεπομενης τ'ἀκολουθα τοις αγαθοις πραττειν, οἱς εχουσι, πως ουκ αν των τοιουτων ποιοιτο τας ὑπομνησεις; . . . .

. . . .
. . . . cum varia et artificiosa sit industria, qualem declaravimus, et copiosis mista laudibus, hortansque ea facere, quae bonis, quibus ornantur, sunt conjuncta; quonam modo virorum talium praeceptionibus non parere posset? . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. ποικιλης τε φιλοτεχνιας κ. λ.) His verbis docet Philodemus haud fieri posse, ut qui correctionem spernere, clausasque veritati aures habere videntur, si blande, atque adeo artificiose moneantur, ut animi bona, virtutesque, quibus sunt praediti, simul laudentur, sapientis consiliis et hortatibus non pareant.




Franc. Casanova dis. — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LXIX.

. . . . . προς τους όσον ε-
πι τοις ευλο;οις προσ..
χ.μενους ουκ ενσταθη-
σεσθαι, μιμουμενος τε
τους και τον ευλογως
νομιζομενον ουκ απαλ-
λαγησεσθαι του νοσημα-
τος θεραπευοντας ιατ,ιας ·
και κ..απε;, και σ,ιτι.-
.εται τους ευλογω; . . . . .

. . . . . adversus eos, qui tantum ob argumenta rationi congruentia opinantur *discipulum* non obfirmatum iri *in errore;* imitansque medicos eum quoque curantes, qui verisimiliter minime putatur a morbo liberandus: ac sicut hortatur eos, qui rationi congruenter . . .

Lin. 1. et seqq. *προς τους όσον επι τοις ευλογοις κ. λ.*). De aliquo sapiente verba facit, et fortasse de Epicuro, cui haud placebat eorum opinio, qui tunc tantum libertatem loquendi adversus errantes adhibendam esse censebant, cum certis argumentis apparebat correctionem fore profuturam.



Franc. Casanova del.


Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LXX.

. . . .
. . . . ει επιχειται τι και μεχρις αρτιως εις τους φιλους, και μαλιστα τους καθηγουμενους, πως χρησεται τοις δια την παρρησιαν οργιλως προς αυτον εσχηκοσιν; επει δ' ενιους συμβαινει παρρησιασαμενου του σοφου, διατιθεσθαι προς αυτον οργιλως, εαν μεν εμμονον εχωσι την παρρησιαν)

. . . .
. . . . si irruit usque antehac aliqua in re in amicos, et maxime praeceptores, quonam pacto sapientibus utetur, qui per loquendi libertatem ira in ipsum concitati sunt? siquidem accidit, ut nonnulli, objurgante sapiente, ei irascantur, si fixam in animo habeant dicendi libertatem. . . . .

Lin. 2. et seqq. *ει επερχεται τι και μεχρις αρτιως κ. λ.*) Ostendit heic Epicureus philosophus, non omnes eodem libertatis genere de peccatis esse admonendos: adolescentes enim, qui amicis et maxime praeceptoribus monentibus obsistere consueverunt, vehementem sapientis objurgationem omnino iniquo animo ferent, quin et ira in eum exardescent.



Casanova dis. — *Franc. Celentano inc.*


FRAGMENTUM LXXI.

. . . .
. . . . θεω-
ρησας, ὁτι κατασκευαζο-
μενος σ' απαισχυνθειη,
μετριως τε το συναντη-
σαν οισει, και ουχ ὡς αγε-
νητον · προειδως πολ-
λους εικος απαυχενιζειν
των νεων, και τοις αλλοις . . .
. . . .

. . . .
. . . . considerans discipulum pudore esse afficiendum, et moderate feret id, quod accidit, et non velut infectum: praevidens vero juvenum multos, ut est verisimile, contumaciter resistere, et aliis. . . . .
. . . .

Lin. 2. et seq. θεωρησας ἐτι κατασκευαζομενος κ. λ.) Videtur hoc fragmento indicare Auctor, non mediocri in moribus corrigendis prudentia opus esse: etenim haud acriter illum discipulum objurgabit sapiens, quem pudore simul et tristitia affectum iri ex objurgatione animadvertit; contra asperius eos adolescentes reprehendere non verebitur, quos contumaces et dicto minime audientes fore, nisi ita reprehendantur, praevidet.

Lin. 6. et seq. και ουχ ὡς αγεννητον). His verbis id videtur significare velle Philodemus, sapientem nimirum, licet quod accidit moderate ferat, ne discipulum pudeat, haud tamen illud tamquam infectum ita silentio praeteriturum, ut nulla ne blanda quidem, et leni monitione utatur.



Franc Casanova dis *Luigi Corazza inc*

FRAGMENTUM LXXII.


. . . .
. . . . Διο και Επικουρος προς Ιδομενεα γραφει μεχρι του τουτον ευχεσθαι · και παραδειξει πως κακως χρησαιντο παντος στερομενοι δια την τοιαυτην διαθεσιν τη μετα παρρησιας ομιλια . . . .

. . . .
. . . . Quare Epicurus scribit ad Idomeneum etiam illum rogando; et ipse ostendet, quam male ob hanc indolem accipiant sermonem cum libertate conjunctum homines omni re destituti . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. Διο και Επικουρος προς Ιδομενεα κ. λ.). Exemplo Epicuri, qui Idomeneum discipulum de erroribus monet non objurgando, sed rogando, probat Philodemus haud liberius esse eos reprehendendos, qui hujusmodi sunt animi indole praediti, ut se objurgari moleste ferant.

Lin. 6. ποιῳ legitur in αυτογραφῳ pro ποιῳ, quemadmodum saepissime in nostris papyris invenitur ποιω scriptum pro ποιων.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXXIII.


. . . . νουθετειν, επειδη ουτως διατιθεται, καθαπερ ὁ Επικουρος ου πικρας μεμψεις προς Απολλωνιδην εποιησεν, ὡστε και τοιαυτα μεν αιτιωμενα, καν δ' αληθινος ῃ, προβαλοιτ', ουδ' οικειωσαι. Πολλα δ' ὁι αν οντες μεγαλοι προσδεχθωσιν, ὡσπερ αναξιοπαθησαντες, και . . . .

. . . . *non expedit hunc* liberius monere, quoniam hac indole praeditus est, sicut Epicurus Apollonidem haud acriter castigavit; ut hujusmodi ratione crimina objiciens, etiamsi veri amans sit, minime amicus efficiatur. Multa vero viri principes accipere possent, tamquam indigna patientes, et . .

ADNOTATIONES

Lin. 1. et seqq. *νουθετειν, επειδη ουτως διατιθεται κ. τ. λ.*) Idem heic, quod superiori fragmento, argumentum persequitur Philodemus; aitque propterea Epicurum Apollonidem leniter reprehendisse,

Lin. 5. Non unus Apollonides a veteribus memoratur: at nemo, quantum accepimus, hujus Apollonidis meminit, qui Epicuri discipulus, aut certe familiaris fuisse videtur.


ΠΟΝΟ
ΝΩΝΗ ΝΕΙΧΕΤΟ ΕΙ ΤΑ
ΤΙ ΘΥ ΛΟΥΜΕΝΟΥΣΚ ΛΕ
ΑΠΑΡΘ ΩΝΕΙΤΟΙΣΥΜ ΟΙΣ
ΕΠΙ ΙΡΟΜΕΝΟΣ : ΤΕΡ
ΔΕΙΦΙΛΟΦΡΟΝΕΙ ΤΙΝ ΠΡΟΣ
ΗΜΑΣΕΙΚΑΤΑΤΗΝΕΥΝ ΟΙ
ΑΝΕΓ ΤΕΤΑΜ ΕΝΟΣ
ΤΩΝΕΝΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ
ΑΠΗΝΤ ΗΚΩΣ ΕΚΑΝ
ΤΕ ΤΑΤΕ ΕΙ
ΜΕΝΟΣΕΙΚΑΙΠΡΟΣΗΜΑΣ
ΚΑΙΠΡΟΣ ΟΥΣΕΥΧΑ

LXXIV

Franc. Casanova del.

Franc. Celentano inc

FRAGMENTUM LXXIV.


. . . .

. . . . . . ηνειχετο σεμνοτατ', τας θυμουμενους δριμεα παρεξωνει τοις ὑμνοις επαιρομενος· ειτ' ερωτα ταδ', ει φιλοφρον' εστιν προς ἡμας, ει κατα την ευνοιαν επιστεταμενος τις, των εγκαλουμενων απηντληκως δε, καν μητε δια παντα τελειουμενος, ει και προς ἡμας, και προς ἑτερους ευχαριστη;)

. . . .

. . . . . *postquam* pertulit summa gravitate, indignatos acriter increpuit; dein quaerit, num ista *arrogantia verba* benevolentiae in nos sint indicia, num quis, qui benevole sit educatus, et vitiis purgatus, quamvis haud omnino perfectus evaserit, num et nobis, et aliis gratum se isto modo praebeat?

Lin. 2. *τρυχεῖτο κ. τ. λ.*) Obscurius isthoc est fragmentum. Videtur tamen, ni fallat nos conjectura, id sibi voluisse Auctor, quemdam philosophum, fortasse Epicureum, magnis vulgo laudibus celebratum, cui ob libertatem objurgandi succensuerant discipuli, acerbe in eos invectum esse, quod benevole instituti, et vitiis purgati nullam pro hisce meritis praeceptoribus gratiam haberent, imo potius injuriosius tractarent.



F. Ja. Casanova dis. *L. Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXXV.

. . . .
. . . . γινε-
σθαι τας επιτιμησεις, αλ-
λα δε τας υπο των καθη-
γουμενων · οι δε συσχο-
λαζοντες οιδασι τοι πλη-
θος, ὡν εχομεν, αγαθων,
και παρεχουσιν αυτον
κακεινοι διορθουσθαι
ταυτ', αλλ' ουδ' επι του-
των παρρησια γινεται.

. . . . fieri objurgationes, sed eas a paedagogis: condiscipuli autem norunt quidem bonorum copiam, quao nos habemus, et ipsum tradunt nobis etiam ii, ut haec corrigantur; verum neque de his loquendi libertas adhibetur


FRAGMENTUM LXXVI.

μητε παντα νουθετου-
ν, ι προσηκοντ . . . η-
τευξεσθαι νουθετησεως
τα τοιαυτα · και τοις καθη-
γουμενοις π . . . . συν,
οις εχθησουσιν, οι κατασ-
κ ζομενοις μετα παρρησι-
ας τα εαυτων ἁμαρτημα-
τα, και των αλλων υπο . η-
. . . .

neque de omnibus moniti convenienter, neque talia monitione digna censeri poterunt; et eos tradunt paedagogis, quibus inimici erunt, qui discipulos monebunt cum libertate de ipsorum peccatis, et de aliorum erroribus . . . . .

Lin. 2. et seqq. Fragm. 75. γινεσθαι τας επιτιμησεις κ. λ.) In hoc fragmento videtur Epicureus noster discrimen statuere inter paedagogos, quibus suos liberos instituendos nobiliores homines tradebant, et praeceptores philosophos: simulque docere illos in omnibus peccatis alumnos reprehendere; hos vero nonnulla errata haud arguere, vel quia minoris sunt momenti, vel quia etsi gravia, vident tamen objurgationem discipulos moleste ferre, prudentique aliqua ratione ab iis deterrere student.

Lin. 1. et seqq. Fragm. 76. μητε παντα νουθετουμενοι κ. λ.) Vituperat heic Philodemus paedagogos, qui de iis quoque erratis admonent discipulos, quae minime reprehensione digna censentur; quique adeo importune et acerbe illos reprehendunt, ut ab eisdem odio habeantur.



Io. B. Casanova dis. G. Casanova inc.


FRAGMENTUM LXXVIII.

. . . .
. . . .
. . . . . . παρα δε των ζων-
των ουδενι το ισα τις α-
ναθετεον ἡμαρτ' αν ; η του-
το γε των δια νουθετησε-
ως αισθητων στεριοκει τη-
λικουτ' ον το μεγεθος, ὡς
τις των ἁμ' ἡλικιωτων
μεν γνῳ αλλοις τον εφεσ-
τωτα)

. . . .
. . . .
. . . . an vero viventium nemini aeque adscribendum peccatum perpetrare quis posset? profecto hoc adjunctis cognitu per monitionem facilibus privat *sapiens*, si tale est gravitate, ut aequalium aliquis intelligat praeceptorem alios *objurgare*.

Ex fragmento 77. nullam aptam sententiam eruere potuimus.

Lin. 5. et seqq. Fragm. 78. παρα δε των ζωντων ουδενι κ. λ.) Heic verisimilius id sibi vult Noster, sapientem, cum de graviori peccato discipulum admonet, ne is pudore et moerore afficiatur, factum omnibus adjunctis spoliare, e quibus suspicari possint aequales, illud aliquem condiscipulum admisisse.



G. B. Casanova del. L. Corazza inc.

FRAGMENTUM LXXX.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . Το δ' εστι πασι χωρις του περιεχειν αφιλον ασφαλειας, και δ' ημιμωρον εστιν· ὥστ' ου γαρ λογιζομενου τουτο, συμβησεται, τα μη εικος ειδεναι τον σωζοντα δε, τουτο παντας πυεισθαι. Δει μεν τοι πεπραχθαι σφοδρα, αν δ' ὁ σοφος ου βλεψαι θελειν και δη φησιν γυμνουμενον.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . *Objurgare* autem in omnibus praeterquam quod nullam securitatis curam continet, est etiam fere stultum: ut hoc haud considerante *sapiente*, contingat, ut ea, quae minime decent, ipse sciat, omnesque id curent. Omnino quidem desperata res sit, oportet, si sapiens dicat se nolle nudum adspicere.


ADNOTATIONES.

Ex Fragmento 79. nullus probabilis sensus extundi potuit.

Lin. 5. et seqq. Fragm. 80. Το δ'επι πασι κ. λ.) In hoc fragmento, ut videtur, innuit Philodemus haud in iis esse reprehendendos discipulos, in quibus potius obfutura, quam profutura reprehensio praevideatur; additque praeceptorem, quem σωζοντα, idest *servatorem* appellat, si tantum dicat se nudum discipulum aliquem nolle adspicere, nihil ex hujusmodi correctione sperare posse, quin etiam cogi ea nosse, quae non decet.

Lin. 7. ἡμιμωρον). Vox ἡμιμωρος, quae in αυτογραφῳ perperam ἡμιμωρος scribitur, frustra in vulgatis Lexicis quaeritur.

Lin. 12. et seq. πεπραχθαι). Πεπραχθαι heic, ut sententia requirere videtur, sumitur eodem sensu, ac apud Latinos usurpatur *actum est*: quemadmodum etiam verba διαπεπρακται τα Καρχηδονιων apud Plut. in Fabio Max. significant *actum est de Carthaginiensibus*.



G. B. Casanova dis. G. Casanova inc.

FRAGMENTUM LXXXI.

. . . .
. . εδυνηται δ' αυτος η δι' ἡμων, η δι' αλλου των συσχολαζοντων παιδευθηναι · η μηδε συνεχως αυτο ποιειν, μηδε κατα παντων · η μηδε παν ἁμαρτημα και το τυχον, μηδ', ὡν ου χρη, παροντων, μηδε μετα διαχυσεως, αλλα συμπαθως . . . .

. . . .
. . potuit ipse vel per nos, vel per alium e condiscipulis edoceri; nec vero assidue idipsum facere *opus est*, neque de omnibus rebus; nec vero in errore etiam fortuito, neque coram illis, quos non oportet adesse, neque hilariter, sed commiserando . . . .


FRAGMENTUM LXXXII.

. . . .
. . . . ειδοτας διαφερειν δη αυτων και προς καθηγητας αναλογιαν εχοντας, ετι δ' ευνοους προς ἡμας διακειμενους, ανενεκτων ἁ ιμειωσι, και περιαθρησαντας · ὁυτοι γαρ ωνηντ' αν καταπροφασιστως μεν, ἱνα την αγαπησιν εμπρακτως δε διατηρωσι . . . .

. . . .
. . . . qui norunt ab ipsis *nos* differre, etiamsi cum paedagogis similitudinem habeamus, praeterea nobis sunt benevoli, et ea circumspicientibus, quae objecta pudore affecerunt: hi enim manifestam utilitatem capere potuerunt, ut benevolentiam reipsa praestent . . . .

Lin. 5. et seqq. Fragm. 81. μηδε συνεχως αυτο ποιειν κ. λ.) In hoc fragmento non obscure indicat Noster, qua ratione errantes admonere oporteat: docet enim haud assidue de eadem re arguendos esse discipulos, neque de omnibus peccatis, neque de omni errore etiam fortuito, neque iis praesentibus, quos non opus est adesse, nec ridendo et jocando, sed commiserando.

Lin. 2. et seqq. Fragm. 82. ειδοτας διαφερειν δη αυτων κ. λ.) Ostendit heic Philodemus optime nosse discipulos, longe differre a paedagogis sapientes, licet ipsis sint quodammodo similes; eosque addit benevolentiores sapientibus fieri tum ob alia, tum praesertim quod hi magnopere cavere solent, ne per monitionem pudore, ac tristitia simul alumni afficiantur,



G. B. Casanova dis. L. Corazza inc.


FRAGMENTUM LXXXIII.

. . . .
. . . .
. . . . μητ' αιδειτ' εις τα-
τους ζητειν . τοις ειρημε-
νοις αναλογως, ει σοφος
τα περι αυτον αναθησει-
ται τοις φιλοις μετα παρ-
ρησιας · η το τοινυν υπ' ενι-
ων ε τω τοπω τουτω
ζητουμενον, ει σοφος τα
περι αυτον αναθησεται
τοις φιλοις μετα παρρησι-
ας . . . .

. . . .
. . . .
. . . . . . nec veretur apud hos quaerere, iis, quae dicta sunt, congruenter, num sapiens, quae ad se ipsum spectant, amicis attribuat cum libertate. Ac profecto quod a nonnullis hoc loco quaeritur, num sapiens, quae ad se pertinent, amicis objiciat cum libertate . . . . .

Lin. 3. et seqq. Fragm. 83. μητ' αιδειτ' εις τουτους κ. λ.) De certo quodam philosopho heic agere videtur Philodemus, qui hanc quaestionem instituit, num scilicet sapienti liceret de illis erratis liberius amicos objurgare, in quae ipsemet inciderat: deinde, ut verisimile censemus, sequitur Auctoris nostri de ea re sententia, quam tamen nobis invidit lacuna.

Ex fragmento 84. nil eruere datum est.



G. B. Casanova dis — L. Corazza inc.

FRAGMENTUM LXXXV.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . μεχρι
προς τας επιτιμησεις
παρρησιαζομενος σοφος,
ουκ επι παντων δ' ευερ-
γετησιν πεποιθεν. . . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . usque ad objurgationes libertate utens sapiens, minime de omnibus se bene meriturum esse persuasum habet . . .

FRAGMENTUM LXXXVI.


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . και τοτε μεν ου-
δ' ημαρτον · η νυν δε παρρη-
σιας αξιωσει καταλαβων; ει
μη τη Δια φοβησεται τας · ου
γαρ και πρωην ημαρτηκε-
ναι με λεγω. . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . . et tunc quidem non peccavi; an vero me reprehensionis nunc dignum censebit deprehendens? sed per Iovem metuet haec errata: nam haud peccasse nuper me dico . . . .

Lin. 6. et seqq. Fragm. 85. *μεχρι προς τας επιτιμησεις κ. λ.*) Aperte heic docet Epicureus noster, sapientem leni castigatione, haud vero gravi objurgatione in vitiis corrigendis uti debere.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 86. *και τοτε μεν ουδ' ἡμαρτον κ. λ.*) Verba adolescentis discipuli sunt isthaec, qui sane conqueritur se a praeceptore de illis peccatis moneri, quae nequaquam admiserat.

Lin. 9. *τας*). Subandi *ἁμαρτιας*, *peccata;* simulque adverte articulum *τας* hoc loco pro demonstrativo pronomine *ταυτας* usurpari, quod non raro a Philodemo, et aliis factum.



G. B. Casanova dis. *G. Casanova inc.*

FRAGMENTUM LXXXVIII.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . . . και εφ' ὧν ουκ εχρη, νουθετησει, εφ' ὧν επιτυχειν της επιτιμησεως, μεταστησεται · και των αλλων δε γινομενου τινος απαιδευτου προτερον, η παριθεντος αθεραπευτου, μετα ταυτα γε ηγγνωσθη προνοια . . . . . .


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . . et in quibus haud opus erat, reprehendet, in quibus locum nactus est reprehensionis, abstinebit: atque ex aliis cum quis prius edocetur, quam neglectus fiat insanabilis, post haec agnita est providentia . . . .

Ex fragmento 87. nullam aptam sententiam eruere datum est.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 88. *και εφ' ων ουκ εχρη νουθετησει, εφ' ων ετυχεν επιτιμησεως κ. λ.*) Vult heic, ut conjicere licet, Philodemus praeceptorem magna opus habere prudentia, ne quid peccet in reprehendendis discipulorum vitiis; eoque magis, quod bene considerare oportet variam illorum indolem, et naturam. Quare etiamsi aliquando necessaria videatur monitio, omittere debet, si eam potius obesse, quam prodesse perspiciat: contra vero correctione uti debet, ubi ea minime opus esse videtur, si inde fructus probabilius speretur.

Lin. 14. *ηγγνωσθη*) *ηγγνωσθη*, sive *ηγνωσθη* sicut legitur in *αυτογραφω*, ab *εγγιγνωσκω* descendit; quod verbum antea Lexicographis ignotum, nunc primum visitur in nova Stephaniani Lexici editione Parisiensi, quodque Epicurei nostri auctoritate magis comprobatur.



G. B. Casanova dis. *L. Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXXXIX.

. . . .
. . . . . και ταυτα μεν εις τον παλιν ἁμαρτανοντα και παλιν παρρησιασεσθαι και παλιν ειρηται · η διατιθεσθω δ' ου και πηγι διαθεσει πλειστον ἑαυτου τυοτων ὁ καθηγουμενος ευημερῳ, και φιλοφιλῳ;

. . . .
. . . . atque ideo quidem adversus denuo errantem denuo libertate usurum et denuo dictum est: an vero non utatur horum praeceptor in errantem ut plurimum sua indole miti, ac benevola?

FRAGMENTUM XC.


. . . .
. . . . ὥστ' επιμελωνται τιθασσευειν προσκαρτερητικως ανθρωπους εις φιλους οντας ἑαυτων, και τοις απαθουσι μεν απ' ευνοιας ποικιλως βοηθουντες . . . .

. . . .
. . . . ut perseveranter studeant mansuefacere homines erga eorum amicos, iis etiam, qui se sanari non patiuntur, ex benevolentia varie auxiliantes . . . . . .

Lin. 2. et seqq. Fragm. 89. *και ταυτα μεν εις τον παλιν ἁμαρταιοντα κ. λ.*) Necessitatem hoc loco Noster rursus eum admonendi, qui rursus errat, inculcat; quod quidem non semel in superioribus fragmentis docuerat, allato quoque medici exemplo, qui eodem morbo denuo laboranti eadem remedia praescribere non dubitat. Attamen praeceptori suadet, ut discipulos non asperioribus verbis, nec acriori objurgatione, verum leni ac benevolo sermone reprehendat.

Lin. 2. et seqq. Fragm. 90. *ὡστ' επιμελωνται τιθασσευειν κ. λ.*) Hortatur praeceptores philosophus, ut feroces et iratos discipulorum animos lenire, et ad mansuetudinem flectere miti ac prudenti ratione constanter studeant; neve iis quoque, qui renuunt, et non sinunt se vitiis purgari, variis modis benevolam ferre opem desistant.

Lin. 4. Adverbio *προσκαρτερητικως* carent Lexica.



G. B. Casanova dis — L. Corazza inc

FRAGMENTUM XCII.

. . . .
. . . .
. . . . Διοτι, το λεγομενον, ετυχ' Ηρακλης δ' ως μουσιαζων πλεονεκτων αγελης πτηνων μαθητων. Εαν δ' ανικητην, και ληξιν προσδοκωμενην, ουκ αν πορισει τι την μισουσαν οργην, αλλα την μεμφομενην τας αβελτεριας . . . . .

. . . . Quare, ut dicitur, fuit Hercules tamquam musicis modis canens superior volucrum discipularum grege. Si vero tolerabilem, et quae finem habitura speratur, *contumaciam praesefert discipulus*, minime iram odio habentem, sed stultitias arguentem ostendet *sapiens*. . . . .


ADNOTATIONES.

Ex fragmento 91. nullam verisimilem sententiam expiscari potuimus.

Lin. 3. et seqq. Fragm. 92. *Διοτι, το λεγομενον, ετυχ' Ἡρακλης κ. λ.*) Docet heic Philodemus discipulos contumacea, et quamlibet monitionem spernentes facile ad sanitatem redituros, si hos blandis et benevolis modis, qui eorumdem ferocitatem emolliant, emendare sapiens studeat: atque ad id probandum callidum Herculis factum affert, qui musico sono delinitas stymphalidea aves veluti discipulas ad deserendam Arcadiam flexit.

Lin. 4. et 5. Ἡραλης pro Ἡρακλης in *αυτογραφῳ* mendose legitur.

Lin. 5. *μουσιαζων*) Verbum *μουσιαζω* est quidem cunctis Lexicographis ignotum, qui tantum *μουσιζω*, et *μουσικευω* exhibent: verum sicut non modo *δωριζειν*, sed etiam *δωριαζειν* pro *dorice loqui* Graece dicitur; ita haud mirum videri debet, pro *μουσιζειν* *μουσιαζειν* quoque usurpatum fuisse.



G. B. Casanova dis G. Casanova inc

FRAGMENTUM XCIV.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . πως εγγνωσομεθα τον ενηνοχοτα δεξιως παρρησιαν, και τον προσποιουμενον; Επιγνωσομεθα τοινυν τον ενηνοχοτα δεξιως παρρησιαν, και τον προσποιουμενον, ινα και φραζωμεθα προσεχοντες, ει παρ' ἡμιν ην αλαζων . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . quomodo agnoscemus *discipulum* ferentem aequo animo correctionem, et eum, qui ferre simulat? Utique dignoscemus eum, qui moderate fert correctionem, et eum qui ferre simulat, ubi et advertamus diligenter, num in nos fuerit contumax. . . . . .

Ex fragmento 93. nullum commodum sensum colligere licuit.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 94. *πως εγγνωσομεθα κ. λ.*) Videtur supra docuisse Philodemus, haud eodem pacto in admonendo discipulo, qui correctionem aequo fert animo, atque in illo, qui eam patienter ferre simulat, sapientem se gerere oportere. Quare hoc loco quaerenti, qua ratione alius ab alio discipulo discerni queat, respondet philosophus, ipsos distincte cognosci posse, quoties accurate advertamus, uter eorum in sapientem contumax et arrogans fuerit.

Lin. 11. In papyro mendose legitur pro *ενηνοχοτα ενηχοτα.*

INDEX I.

Vocum Graecarum animadversione digniorum, quae in Philodemi textu occurrunt.

Littera F. *indicat* Fragmentum, p. paginam.

INDEX II.

Rerum notabilium, quae in Philodemi Fragmentis, Praefatione, et Adnotationibus occurrunt.

Littera F. *indicat* Fragmentum, P. Praefationem, A. Adnotationem, *et* p. paginam.

P

S

ERRATA.			CORRIGE.
Praef. pag. II.	l. 13	καλιαδε	οι καλιαδα
Frag. pag. 7	l. 9	ισχυν	ισχον γε
Ibid.	l. 5	haud succorrentes Sapienti	haud succurrentes Sapienti post exceeosionem
17	l. 4	Colotae	Coloti
25	l. 4	τουναν τιον	τουναντιον
32	l. 3	ut etiam operibus	ut etiam operibus, idest vitiis discipulos purgando
43	l. 11	εζουσιαν	εξουσιαν
44	l. 5	ευθυνησιως	ευθηνησιως
Ibid.	l. 4	tempus forum	tempus et forum
48	l. 5	Poliorcetae	Poliorcetis
56	l. 4	*esset tantus*	*esset tantus fructus*
95	l. 7	ὑπο τασσωσι	ὑποτασσωσι
109	l. 2	ad ipsos e numero discipulorum	ad ipsos e numero discipulorum pertinentia
163	l. 3	ἁμαντανοντα	ἁμαρτανοντα